cor. iij. Deus de tenebris vt lucē sple-  
descere. Itā illi qz p̄rio erāt infideles  
et tenebrosi effecti sūt fideles z predi-  
catores lucidi resplēdentes alijs per  
doctrinā fidei sicut patet de paulo et  
dyoniso z multis alijs qd totū p̄ces-  
sit ex deo. i. ex virtute dei diuini. Deinde  
tāgitur fidei pulcritudo cū subdit̄ r̄fa-  
cta est lux. i. noticia fidei i mūdo luce-  
scentis. S; notandū qz fides assimilā  
luci triplici rōne. ¶ Primo qdem qz  
lux h; subl̄m̄atē in ortu. Dicit̄ ei lux  
a sublimib; corporibus. s. a sole z stel-  
lis que sūt ac̄issima corpora sūt z digni-  
tate. ecc̄i. lxxij. Ego feci vt in celis  
oziretur lumen indeficiens: hoc lumē  
fidei indeficiens qd. s. non extinguitur  
ventis persecutionum ortum est in ce-  
lis. s. a sole in stellis. i. a x̄po in aposto-  
lis. Unde sicut calor ē qualitas actiua  
consequēs formam substantialē ignis  
Ita lux est qualitas actiua cōsequēs  
formā substantialem solis vel cuiuscū-  
qz alterius corporis a se lucētis si ali-  
quid est tale. Videmus em̄ qz sc̄dm̄ di-  
uersas naturas corporum celestiu a qz-  
bus lux oritur h; diuersos effect̄. Si-  
cut patet de radijs diuisay stellaray. An̄  
videm̄ qz lux solis inflāmat: lux lune  
humectat: lux stellaray terrā fecūdat: qz  
vz terra virtutib; stellaray repleta diuer-  
sas res z viles gn̄at que oīa cōpetūt  
fidei. Itā fidei x̄pi doctrina humectat  
qz penitētes puocat ad cōpūctionē.  
inflāmat qz cōtemplatiuos puocat  
ad dilectionē. z fecundat: qz actiuos  
puocat ad bonoz opm̄ multiplicatio-  
nē. An̄ dyonisi; d̄t qz lux oib; corpib;  
cōfert gn̄ationē z vitam z motū. Sic  
lux. i. doctrina fidei cōfert gn̄ationē  
bonoz opm̄ actiuis: vitā dilectionis  
cōtemplatiuis: z motū cōpūctionis  
penitētib; z cōuersis. ¶ Sc̄do qz lux  
h; speciositatē i aspectu imo etiam si-  
ne luce nil apparet speciosum et pul-  
chrum. An̄ ambrosi; dicit qz lux ē pul-

chritudo omnis creature visibilis cu-  
ius maxia ē gr̄a qz in suo p̄spectu oīa  
mūdi corpora laudibus facit digna.  
Sic etiā tanta est fidei pulchritudo qz  
sine ipsa nichil possit placere oculis  
dei. Heb. xi. sine fide ipossibile est placē  
deo. ¶ Dicit aut̄ p̄spectiu; ph̄is qz in  
q̄tuor p̄sistit rez pulchritudo. s. i mlti-  
tudie sicut loca celi vbi sūt pl̄ime stelle  
pulchriora sūt qz nō stellata. Et sic fi-  
des illa pulchrior ē z oculis dei gra-  
tiosior qz pl̄ib; bonis opib; habūdat.  
Nam fides sine opibus mortua est vt  
d̄t ia. ij. An̄ caret suo decore sicut plā-  
ta mortua z fructibus carens. ¶ Itē  
cōsistit pulchritudo i magnitudine si-  
cut stelle vel arbores maiores venu-  
stiores sunt minoribus. Et sic fides  
pulchra est que magna est siue p lon-  
gitudinē p̄seueratiē siue p latitudinē  
mie siue p p̄fūditatē huilitatis: siue p  
altitudinē cōtēplationis. Et de hac fi-  
de cōmendauit d̄ns Cananeā dicens  
O mulier magna ē fides tua. ¶ Itē cō-  
sistit pulchritudo i colore p̄cipue pul-  
chritudo faciei i candore z rubore s; illud.  
Can. v. Dilect; meus cādūsus  
et rubicūdus. Et sic fides pulchra est  
qz est cū cādore puritatis z rubedinis  
flāma accēse caritatis. Item pulchri-  
tudo consistit in claritate. Unde ille  
stelle pulchriora sunt qz clariora. Et  
sic fides pulchrior que cum claritate  
cōtinētie. An̄ sap. iij. O qz pulchra ē  
casta gn̄atō cū charitate siue cū clarī-  
tate. Itā ē fidei pulchritudo qz dei o-  
culos marie delectat. An̄ d̄t hier. v.  
Dñe oculi tui fidem respiciūt. Et rō  
est qz hec lux fidei deriuata ē ab eter-  
na luce diē sapie cui; ē iestimabilis p̄-  
chritudo An̄ d̄t de ea sap. 7. Cādor lu-  
cis eterne z speculū s̄n̄ macula. s. falsita-  
tis z erroris. ¶ Tertio assimilā luci  
qz lux h; velocitatē in motu. Videm̄  
enim qz subito sole apparet in pun-  
cto oriētis fit illuminatio toti; hemi-  
sperij n̄ri vsqz ad p̄ctum oppositum.  
Et qz patet qz lux nō est corp; vt quidā  
dixerūt qz si lux esset corpus tūc eius  
illuminatō eēt mot; localis: null; aut̄



## Sermo tertius.

motus localis corporis potest esse in instanti quia omne quod localiter mouetur necesse est ut veniat prius ad medium magnitudinis quam ad extremum: illuminatio autem fit in instanti quia quando subiectum susceptiuum alicuius forme est in vltima dispositione tunc forma introducit in instanti. Si autem subiectum est in dispositum tunc requiritur tempus non quidem ex parte forme introduce sed ex parte subiecti suscepti. Sed aer in quantum dyabolanus est in vltima dispositione ad lumen et ideo illuminatio fit in instanti. Hec autem velox lucis diffusio siue immutatio significat subiectam fidei inspirationem que quibusdam sanctis facta est ut paulo et aliquibus alijs in cuius signum dicitur de ipso paulo. actu. ix. q. subito circumfulsit eum lux de celo. scilicet etiam humane cum difficultate et in multo tempore discutitur. ¶ Sed doctrina fidei faciliter et in modico tempore discitur. Satis etiam et in modico tempore plantata est christi fides in mundo: quia velociter currit sermo eius ut dicitur in psalmo. sicut bona moneta cito currit. ¶ Secundo agitur de fidei utilitate quia vidit deus lucem quod esset bona. Et sicut est lux bona corporaliter sic fides bona id est utilis spiritualiter. ¶ An apostolus ephe. v. Fructus lucis est in omni bonitate id est utilitate. scilicet et quo ad cognoscenda et quo ad operanda et quo ad cauenda. Quo enim ad cognoscenda primo quia occulta prodit multa enim que secundum lumen naturalis rationis nobis ignota sunt et occulta fides prodat diuinitus reuelata sicut patet in articulis fidei de trinitate diuinarum personarum de actione mundi et de multis alijs que infideles philosophi minime cognouerunt. Unde cognoscit ea modo de deo vna vetula christiana que multi magni philosophi minime cognouerunt. Est enim naturale lumen rationis velut lumen lucerne siue ignis. Sed lumen fidei reuelate a deo est velut lumen solis multa enim non videmus sub lumine ignis que nobis prodat lumen solis. ¶ Alio etiam modo lux fidei prodat oc-

culta quia scilicet fide inducimur ad confitendum peccata latentia. Et est confessio fidei sacramentum manifestans peccatum occultum ad anime salutem. propter quod dicitur iob. xxviii. Abscondita producit in lucem: sed si aliquis non venit ad lucem ut non arguantur opera eius cum talis latere non poterit nisi quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium ut dicitur i. cor. 4. ¶ Secundo quia fides in via dirigit. Nam qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dirigitur ergo homo ambulans per lucem que viam ostendit et offendicula prodat. Modus ambulandi in via vite eterne est per iusticiam et misericordiam. Nam misericordia parat iusticia offendicula vitat. propter quod dicitur in psalmo. Aniuerse vie domini misericordia et veritas. scilicet iusticie. Sed in utraque vi dirigit te lux fidei quia dirigit hominem ad opera misericordie et iusticie. ¶ An in psalmo. de hoc dicitur qui sequitur lucem fidei omnia opera eius in fide diligit misericordiam et iudicium siue intelligas de iudicio iusticie quo remouentur offendicula primorum siue de iudicio penitentie quo remouetur offendicula peccatorum. Et ideo ut homines recte ambulent hortatur est christus ut lucem fidei custodiret. Dicens ioh. xij. Ambulate dum lucem habetis Et iterum ioh. xij. Credite in lucem ut filij lucis sitis. Et iterum ioh. xi. Qui ambulat in die non offendit quia lucem huius mundi videt. ¶ Tertio quia lux ab hostibus defendit. Nam hostium insidias prodat latebras enim illustrat et patefacit in quibus insidie absconduntur. Et sic fides diuina versutias cognoscere docet et hec fortitudo que necessaria est contra dyabolum secundum illud. i. petri. v. Aduersarius vester dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistite fortes in fide. Fides enim est scutum armature contra quam non possunt tela ignea. id est tentationes demonum accense persecutiones mundi feruentes. Unde hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et ideo huius armaturam suadebat apostolus

induere dicēs. Ro. xiiij. Induamur arma lucis. ¶ Tertio agit de fidei puritate. s. p̄ separationē a tenebris. An̄ diuisit lucē a tenebris. i. fideles ab infidelibus tenebrosis. Sicut hacten̄ in egipto vbi cūq; habitabāt filij israel q̄ fideles erāt ibi erat lux. Abi vero egiptij infideles ibi erāt tenebre vt d̄z exo. x. In eisdem etiam hoībus sepata ē lux a tenebris q̄ infidelitate relicta ad fidem conuersi sunt s̄m illud ephe. v. Eratis aliquā tenebre nūc aut lux in dño. Sed tñ sunt quidam qui miscēt lucē cū tenebris & hoc fit tripl̄r. ¶ Primo q̄n̄ q̄s heretic̄ vnū fidei articulū p̄fitetur & aliū negat sicut manichē qui in xp̄o p̄fitēbatur deitatem & negabat humanitatem. Et sabelius p̄fitēbatur vnitatē diuine essētie & negabat trinitatē p̄sonarū & sic de multis alijs. ¶ Secūdo q̄n̄ q̄s ypocrita facit bona s; mala intētiōne puta actū iusticie aīo vindictēz opa pietatis fauore hūane laudis. ¶ Tertio cū q̄s pctōz facit aliqua de gñe bonorū i pctō mortali existens. Sic faciētē d̄z. Mat. vi. vide ne lumē qd̄ in te est tenebre sint. ¶ Quarto agitur de fidei claritate qz appellauit lucē diē. Dies ei d̄z a dyam qd̄ est claritas. Per diē ei intelliguntur boni qui hñt in se presentiam lucis fidei. Est ei dies p̄mo noctis exp̄liua. Et sancti viri conant̄ q̄tum p̄nt expellere a se noctem pcti. s. penitendo & occasiones pcti vitando. itavt de eis dici pōt illud. i. thes. v. Fas nō estis noctis neq; tenebrarū s; omnes vos filij lucis estis & filij dei. ¶ Et nota qz q̄to nox precedens est magis tēpestuosa vel turbulenta tanto succedētis diei presentia magis est grata. Quia sancti q̄to magis hñt de labore & pugna in expulsione culpe tanto magis postea gaudent in serenitate con̄cie. Roma. 13. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Item dies est sui augmentatiua vel diminutiua. Et q̄to plus decrescit in hieme tanto plus elongatur in estate. Sic boni viri crescunt in charitate secundum illud in charita-

te crescimus. ephe. 4. Quousq; peruenerunt ad perfectionem Sic lux v̄ calor diei a mane incipiens crescit. Unde prouerb. 4. Justorum semita q̄ si lux iplendēs procedit & crescit ad p̄fectum diem: decrescunt autem sancti in humilitate & paupertate. Nam humiles minuunt seipios. Pauperes ei minuuntur ab alijs. i. minimi reputantur. Sed q̄to sunt minores in vita ista tanto maiores in alia. Et ideo dicebat ioseph. gen. xli. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Et q̄to plus se humiliat in aduersitate tanto plus exaltantur in prosperitate sicut patet in iob. Nonit enim deus humiles in sublimi & merentes erigit i solitate. ¶ Item dies est a sōno excitatiua & ideo inductiua ad operandum & laborandum. Et q̄to plus dies declinat versus finem tanto sapiēs operarius plus conatur vt greg. d̄t. Et sic viri excitant se a negligentia & sollicitant ad bona opera & tanto plus appropinquant fini. Unde quilibet dicit illud io. ix. me opz opari donec dies ē. ¶ Quinto agitur de malorū tenebrositate quia tenebras appellauit noctē. Mali autem hñt tenebras interius & noctem exterius vel tenebras in mūdo & noctem in inferno. ps. Posuisti tenebras & facta est nox. Recte ḡ mali assimilantur tenebris. ¶ Primo ratione occultationis quia occultantur in tenebris colores rerum. Et sic malis exempla bonorum. Unde dicuntur tenebre a tenēdo qz dyabolus tenet oculos malorū ne respiciat exēpla bonorū psal. Obscurētur oculi eorum ne videant. Thob. In tenebris sedeo & lumē celi non video. ¶ Secundo ratione deuiationis quia tenebre faciunt errare in via. i. in opere. Errant enim qui operantur malum vt d̄z prouerb. 10. Et quod peius est interdū ipm̄ errorem & casum suū non agnoscūt. p̄uer. 4. Via impiorum tenebrosa: nesciūt vbi corruant: & in ps. nescierunt neq; intellexerun. in tenebris ambulant.

## Sermo quartus

¶ Tertio rōne trepidationis qz tenebræ timorem inducūt z lux securitatē. Et sic nequitiā inducit timorem. Nā sicut dicit Seneca. Nichil timidū facit animum nisi reprehensibilis vite scia. puer. x. Pauor hūis qui operatur malum. Unde in ps. Timor z tremor venerunt super me z contererūt me tenebre. ¶ Habent enim peccatores noctem: lucem solis. i. lumen gratie intercipiētē. s. interpositionē terre id est terrene cupiditatis q̄ diem grē puertit in noctē culpe. Judic. xix. Dies mutabūtur in noctem. ¶ Item hñt noctē latronē sollicitatē q̄ ptinet ad vanam gloriam q̄. s. latenter subitrās furatur boni opis meritum. i. thes. v. sicut fur in nocte ita veniet. ¶ Itē hñt noctem infrigidantem. s. per absētiā solis caritatis. Et hoc est accidie z sō nolentie. Ephe. v. Qui dormiunt nocte dormiunt. ¶ Item habent noctem verecundiam peccati auferentem. s. propter occultationem tenebrarū que pertinet ad superbiam que inuerecūdum facit iob. iij. Noctē illā tenebrosus turbo possideat. ¶ Item hñt noctē aprū z alias feras pducentem q̄ ptinet ad iram z impatientiam. ps. Facta ē nox in ipsa p̄trāsibūt oēs bestie silue. ¶ Item habent noctem aeris infectam. Nam noctis frigiditas aerē condensat in vapores et in eo noxios concludit z conseruat. Unde hippocrates dicit qz nisi stillaret aqua de nocte z subtiliaret aeris dēsitatē destrueretur omne corpus animatum. Unde nox a nocendo dicitur. Nec autem infectio noctis pertinet ad luxuriam: que diligit caliginem noctis. Job. xxiij. Oculus adulter obseruat caliginem. Judic. xix. qua. s. muliere cum tota nocte abuss essent. zc. ¶ Itē est nox eorum q̄ de die non vidētur manifestatiua. Multi enī vermes vt noctiluce z huiusmodi appent de nocte qui non apparent de die. Et silt̄ aues vt noctuez huiusmodi z hoc pertinet ad inuidos qui ifamātes alios: defectus latentes faciunt apparere. Job.

Noctem verterunt in diem: quia que occultare deberēt alijs manifestant. ¶ Sexto agitur de tētationis vmbrositate cum post productionē lucis subditur factum est vespere. In hoc em̄ significat vt dicit greg. qz post lucē rectitudinis sequitur vmbra tētationis. Sero em̄ q̄ post lucē diei sequitur vmbre magis protenduntur: qz. s. postq̄ homo lumē die grē recepit maiores tentationes sequuntur: quia tunc demones magis incitantur z exeunt ad tētandum: sicut aues nocturne vespere s. sero exeunt ad predandum vnde tūc longiores sunt vmbre. i. maiores sunt tentationes. Hiere. vi. Longiores facte sūt tenebre vespere. ¶ Itē vespere. i. sero exalatiōes z vapores fumosi q̄ sūt nebule z nubes magis resoluuntur. Et iste sunt tētationes a carne. Unde dicitur. Numeri. ij. qz nubes vespere super tentorium erat. ¶ Item vespere. i. sero ppter resolutionē animalia ad sōnum disponūtur. i. tētatiōes accidie z negligētie. Isa. xxi. ad vespeream dormietis. Sed debes vespere. i. sero hostiuz cordis claudere. Itē sero hostia claudūtur z tunc clauduntur fores et pori corpis stringuntur. s. ppter remissionē caloris. Nec clausura d̄ fieri ppter timorē z cautelā vl̄ claudēde sūt fores sensū ad orādum vt oretur in abscondito: qz oratio multum valet contra tentationes. Unde primi Re. xx. Dimitte me vt abscondar vsqz ad vespeream. Fores etiam. i. exempla rāctorum debent esse clausa in corde et debet fieri restrictio porozum. i. carnalium appetituum vt carnalis concupiscētia mortificetur Eze. xxiij. Mortua est vxor mea vespere. i. mortificata carnalis cōcupiscētia in ipsa tentatione. ¶ Septimo agitur de humane vite varietate. qz vespere et mane dies vnus. Sic dies est vita humana q̄ respectu eternitatis ē tāq̄ dies externa q̄ p̄terit sicut in ps. Et si duraret mille annis sicut legit de quibusdam qui fuerūt in p̄ia etate geniti tamen illa dies vna. i. humana vita h̄ vespere.

et mane. i. quibus prosperitatem quibus aduersitatem. Unde quodam in limine templi iouis (ut refert boetius) duo dolia ponebantur: unum plenum dulci: alter plenum forti, liquore et quilibet in transitu de vitro per gustabat. Et signat mundum in quem qui nascendo ingreditur: utraque fortuna et prosperam et aduersam experitur. per. Ad vesperam. i. aduersitatis demorabitur fletus et ad matutinum leticia. An sancti viri diligunt primo in mundo habere vespe aduersitatis et temporalis tristitie. ut post hoc mane possideant eterne felicitatis et letitie. Ad quam nos producat

Sermo quartus de ope secunde diei. i. de firmamento.

**F**ixit quoque deus firmamentum in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitque aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. Et factum est ita vocauit deus firmamentum celum. Et factum est vespe et mane dies sextus. In precedenti sermone ostensum est quod incarnatio filii dei fuit prefigurata in lucis productione. Nunc autem ostendendum est quod in christo incarnatum prefiguratum est. in similitudine firmamenti. **S**ed primo quantum ad sensum litteralem agitur de quatuor. **P**rimo de firmamenti productione. Dixit quoque deus fiat firmamentum. **S**ecundo de aquarum diuisione: ibi diuisitque aquas. **T**ertio de firmamenti nominatione. Vocauitque deus firmamentum celum. **Q**uarto de temporis terminatione quod factum est vespe et mane. **C**irca primum considera tria. **P**rinclpium factiuum scilicet dei verbum quod dicit deus. **S**ed queritur cum verbum dei sit etiam principium celi et terre: sicut et lucis vel firmamenti: que in productione celi et terre non fit mentio de ipso ut dicatur fiat celum et terra sed solum quod creauit celum et terram sicut dicit fiat lux vel dicit deus fiat firmamentum. **D**icere enim dei est ubi eius generatio. **A**d hoc sciendum est secundum augustinum quod persona filii dei commemoratur tam in prima creatione rerum quam in rebus distinctione vel ornatu sed aliter et aliter. **D**istinctio enim

et ornatus pertinent ad rebus formationem: sicut enim formatio artificiorum est per formam artis que est in mente artificis que potest dici intelligibile verbum ipsius. Ita formatio totius creature est per verbum dei. **E**t ideo in opere distinctionis et ornatus fit mentio de verbo dei cum dicitur deus. **I**n creatione autem commemoratur filius ut principium cum dicitur. **I**n principio creauit deus: quia in creatione intelligitur productio informis materie. **S**ed secundum alios sanctos ponuntur elementa esse creata sub propriis formis. **D**icit enim basilius quod cum deus creauit celum et terram. **P**er ista duo extrema debent intelligi et media elementa: marie quia omnia mediocrius vel est ad celum ut leuius: vel ad terram ut grauius. **N**el sicut alij dicunt omnia quatuor elementa preuenit scriptura comprehendere sub nomine terre. **U**nde in psalmo postquam dicit laudate dominum de terra subdit ignis grando nix glacies. **E**t. **E**t ideo secundum istos dicendum est aliter. **D**icit enim basilius quod per hoc quod dicitur. **D**icit deus importat diuinum imperium: prius enim oportuit produci creaturam que obediret quam fieri mentionem de diuino imperio. **E**t propterea non dicitur deus in prima creatione. **S**ecundo considera modum imperium cum subdit fiat firmamentum. **A**bi aduertendum est quod in productione firmamenti et aliorum utitur scriptura his tribus verbis fiat: factum est: et fecit. **P**er que tria secundum augustinum designatur triplex esse rerum. **P**rimo quidem esse rerum in verbo per hoc quod dicitur fiat. i. christum genuit in quo erat ut fieret. **S**ecundo esse rerum in mente angelica per hoc quod dicitur factum est ita. i. in cognitione angelica: que per diem figuratur. **N**on dicitur unumquodque opus factum in aliqua die quia nihil deus produxit in propria natura quod non impressit menti angelice. **N**on per primum diem intelligit augustinus cognitionem primi operis in mente angelorum et sic de alijs. **E**t quia mens angelorum multa potest cognoscere simul precipue in verbo in quo omnis angelorum cognitio perficitur et terminatur. **I**deo illa dierum distinctio

## Sermo quartus

non accipit scdm successionē cognitiōis vel fm successionē cognitionis rerum sed fm naturalem ordinē rerū cognitarū. ¶ Tertio notat rex esse in propria natura p hoc qd dicit fecit deus zc. Sed fm alios scōs per hoc qd dicit de' fiat iportat diuinū iperū de faciēdo p hoc qd dicit z factū ē iportatur operis cōplemētū. Oportet autē qd p̄sideret quō fuit factū p̄cipue p̄p̄ illos qd dixerūt oīa inuisibilia p̄ angelos facta. Et ideo ad hoc remouendum subdit qd ip̄e deus fecit. An̄ etiam in singulis operibus postq̄ dicitur z factum est subditur aliqs act' dei | vel fecit | vel vocauit | vel aliqd̄ huiusmōi Sed adhuc circa hoc qd dicit fiat firmamentū cōsideranduz ē qd sit istud firmamentū. Et cōiter dicit qd firmamentū est celū sydereū. Quod firmamentū dicitur tū p̄pter spissitudinē q̄ p̄ etiaz ex multis stellis qz stella ē spissior p̄ orbis: tuz ex determinatiōe visus | qz rarū nō terminat visum. Res autem spissior ē firmior z a spissiori substantia firmamentū vocat. Sed tūc oritur questio cū supradictū sit qd celuz causatū ē a p̄cipio. Et hic dicat qd firmamentū vocauit celū | quō dicit factū scōa die qd iā a p̄cipio factuz erat. ¶ Ad qd dicēdū fm aug. qd legit in p̄cipio factū ē natura spūalis iformis. Celū autē qd legit scōa die factū ē celū corporeū. Vel fm Bedā z strabū celū qd legit p̄mo factū ē celū empyreū. Firmamentū autē qd legit scōa die factū ē celū sydereū. Vel fm Chryso. p̄mo dicit factū celū z terra. i. mūd' i ḡnali post ea vero i opib'. vi. diez specificat per ptes | veluti si qs dicat iste artifex fecit hāc domū. Et postea subdat. p̄mo fecit fundamētū. scōo erexit parietes tertio supposuit rectū. Et sic nō oportet nos aliud celū itelligere. cū dicit In p̄cipio creauit de' zc. dicit scōa die factū firmamentū. ¶ Scdm vero Damascenū Celū qd legit p̄mo factū ē qd dā celū sphericū sine stell' | de qd philo quūtur dicētes ip̄m eē nonā spherā z p̄mū mobile qd mouet motu diurno.

secūdum quosdā | p̄ firmamentū scōa die factū itelligit celū sydereū. Sed quidā alij dicūt qd p̄ celū p̄mo creatuz itelligit sydereū | s; p̄ firmamentū factū scōa die itelligit spaciū aeris i q̄ nubes p̄desant qd dicit firmamentū p̄p̄ spissitudinē aeris i parte illa. Hā qd est spissum z soliduz dicit corpus firmū ad differētiā corpis mathematici. Et Basili' dicit. Et hec expositio q̄tum ad firmamentū cōmēdat ab aug. iiii. super gen. Judicante eā laude digni' simā. qz nō ē cōtra fidem z i promptu documēto posito credi pōt. ¶ Alij hō nolūt qd idē sit celū p̄mo creatū z firmamentū scōa die factū. S; p̄mo creatū ē fm suā sōam aliquā iforme sed scōa die dicit dicit factū q̄tum ad aliquā ei' formationē qd ad aliqs q̄litates z virtutes sic etiā dionys. dicit. iiii. ca. de diuinis nominibus qd lumē solis fuit iforme in illo p̄mo triduo z postea fuit i. 4. die formatū. ¶ Tertio p̄sidera sitū oppositū qz i medio aquaz. Notādū qd sicut dicit aug. ij. sup gen. ad litterā. Māior ē scripture auctas q̄ oīs hūam ingenij p̄spicacitas. vñ cū scriptura dicat: firmamentū eē i medio aquaz nullo mō dubitādū ē quāsdā aqs esse supra firmamentū | quāsdā hō ifra ip̄m. Si ei ponam' qd firmamentū sit celum corporeū z aq̄ sit mā corpalis (vt vult aug.) tūc firmamentū ē i medio aqz. i. i medio corporū nālū ita vt aliquā naturā corpale hēat supra se | aliquā ifra se. vñ ē i medio aquaz. i. corporū materialū. ¶ Si autē p̄ aqs itelligam' elemētū aq̄ z p̄ firmamentū celū sydereū z de natura ignis (vt dicit plato) tūc oporteret dicē qd ali' ordo eēt i elemētis q̄ aristoteles posuerit. s. vt qdā aq̄ spisse sint circa terrā | qdā hō tenues circa celū vt sic se hēant ille ad celū sicut iste ad terrā. Et sunt ibi (vt dicit Basili') ad p̄tēperādū calorē celestū corporū cui' signū aliq̄ acceperūt vt dicit aug. qd stella saturni p̄p̄ vicitatē aqz supior est frigidissima. ¶ Si autē p̄ firmamentū itelligam' p̄tē aeris i q̄ nubes cōdensantur | tunc est

in medio aquarum quia habet aliquas sub se. s. eas que sunt circa terram et aliquas sup se. s. eas que vaporabiliter resolute supra partem aliquam aeris eleuantur ex quibus pluuie generantur.

¶ Si autem per firmamentum intelligatur celum sydereum et dicatur non esse de natura. iiii. elementorum. s. quintum corpus preter elementa prout ponit aristoteles. tunc aque que sunt super firmamentum sunt alterius nature ab his que sunt sub firmamento. Quarum differentiam Origenes volens assignare. dicit quod aque que sunt sub firmamento sunt aque corporales. Sed que supra firmamentum sunt aque spirituales s. angeli de quibus dicitur in psal. aque que sunt super celos. s. laudent nomen domini. Sed basilius dicit in. 4. li. exameron. quod non ideo dicitur per se. quod ille aque sint creature rationales. sed quia consideratio earum prudenter a sensum habentibus contemplata glorificationem perficit creatoris. Unde ibi etiam dicitur de igne et gramine et homini de quibus constat quod non sunt rationabiles creature. Et ideo alij dicunt quod aque ille sunt corporales non tamen elementares sicut he que sunt sub firmamento. Sed sicut secundum strabonem dicitur celum empireum. i. igneum propter solum splendorem. Ita dicitur aliquod celum aqueum propter solam dyaphanitatem. Et hoc est supra celum sydereum. s. celum totum dyaphanum absque stellis quod a quibusdam dicitur crystallinum. quod etiam quidam ponunt primum mobile quod resoluit totum celum motu diurno ut operetur continuitatem generationis. sicut celus in quo sunt sydera per motum qui est finis zodiacus operatur diuersitatem generationis et corruptionis per accessum et recessum. et per diuersas virtutes stellarum. Homini ergo celum quod est supra firmamentum. i. supra celum sydereum. totum crystallinum siue aqueum a dyaphanitate intelligitur per aquas que sunt supra firmamentum.

¶ Sed notandum est quod supra istud celum crystallinum siue aqueum quod est nona sphaera. Quidam ponunt decimum celum quod dicunt esse primum mobile hac ratione moti. quia. primum mobile

non potest habere nisi unicum motum. id enim quod est primum in genere mobile non potest esse multiforme et variatum in motibus quia ab uno primo motore et simplici in eo quod mouetur ab ipso non potest esse nisi motus.

¶ Cum igitur primum mobile quod est unum et simplex moueatur a suo proprio et simplici motore. non habet nisi unicum motum. Oportet etiam omnem multitudinem ab unitate causari.

¶ Et cum philosophus dicat in. ix. de animalibus quod natura non transit de extremo ad extremum nisi per medium non potest esse saltus nature ab eo quod habet unicum motum ad aliud quod habet tres nisi per medium quod habet duos.

¶ Cum igitur in sphaera stellarum fixarum sit. ab astrologis deprehensum triplex motus unus videlicet diurnus ab oriente in occidentem super polos mundi. qui completur in. xliiij. horis diurnis et nocturnis.

¶ Alter est motus stellarum fixarum e contrario ab occidente in orientem qui completur totus in. xxxvi. milibus annis. Et fit sic in omnibus. c. annis per unum gradum.

¶ Tertius est motus accessionis qui fit fere in. xx. annis per unum gradum secundum allategni et thebich. et completur totus in septem milibus annorum. Et dicitur thebich accessionem et recessionem esse equales et posuit centrum in equinoctiali et semidiameterum esse. ix. graduum fere.

¶ Patet ergo ex his quod ipsum celum stellarum fixarum non potest esse primum mobile sed quod oportet ante ipsum esse duas sphaeras mobiles siue duos celos. s. unam que habeat tantum duos motus. s. diurnum ab oriente in occidentem et declinatum. s. qui est e contrario ab occidente in orientem. et ista est sphaera nona. i. celum crystallinum. Et iterum aliam sphaeram. x. annum ipsam que habeat tantum unum motum primum. s. diurnum. Et ita ponunt isti. x. celos sed alij ponunt. ix. celos tamen quorum primum dicunt esse unum cuius lumen visui non subicitur propter raritatem et simplicitatem.

¶ Sed aristoteles posuit tantum. 8. sphaeras celestes. Antiquus posuit celum stellatum quod est. viij. sphaera esse ultimam sphaeram cui attribuit unicum tantum motum

## Sermo quartus

z vniformem z in eo stellas fixas esse z immobiles asseruit sicut clauos i rota. vñ p̄dict<sup>r</sup> stellarum motus adhuc non clare patebat astrologis cōtēporaneis aristotelis. p̄mi eī qui hoc p̄ceperunt fuerunt ab arachis et folix vt ptholomeus refert a quibus capere habuit. ¶ Et hū fuerūt post alex. magnū. Dicitur vero ptholomeus circa tempora adriani imperatoris quē ip̄e in suo libro almagesti sepi<sup>r</sup> nominat Sic ergo p̄s quō firmamētū. i. celum sydereū est i medio aquarū. Et aque que sunt supra sunt alteri<sup>r</sup> nature ab hūis elemētari<sup>r</sup> aq̄s q̄ sūt sub firmamēto. ¶ Allegorice aut p̄ firmamētū intelligit̄ verbum dei incarnatum qz ip̄e ē firmamētū vñ de quolibet fidei d̄r̄ ecclē. xv. Firmabit̄ in illo in xp̄o et nō flectet̄. Firmat̄ em̄ dom<sup>r</sup> in suo fūdamēto. vñ cū xp̄s sit ecclēie fundamētum s̄m illud fundamētū aliud nemo pōt ponere p̄ter illud qd̄ positū ē qd̄ est xp̄s ies<sup>r</sup>. ¶ P̄s qz ip̄e ē ecclēie fundamētū. vñ i psal. Dñs firmamētū meū Ip̄e etiā ē i medio. i. mediator dei et hominum vel s̄m humanitatē in medio aquarū superiorū. i. angelorum et inferiorum. i. hominum. Nam minor ē angelis s̄m illud psal. Adiuisti eū paulomin<sup>r</sup> ab angelis. s. ratione passibilitatis sed superior hominib<sup>r</sup> saltem quo ad culpam qua ipse omnino caruit et quo ad gratiā qua plen<sup>r</sup> habūdauit. ¶ Moraliter aut hoc firmamētū significat sp̄e triplici ratione. ¶ Primo pp̄ p̄ncipiū qz firmamētū corpale p̄ductū ē a deo p̄ creationē. vñ d̄r̄ qz d̄t deus fiat firmamētum zc. ¶ Ali<sup>r</sup> etiā sp̄e ē a deo p̄ gr̄e ifusionē quā. s. gr̄am de<sup>r</sup> infūdendo creat. Et patet qz sp̄es sit ex gr̄a dei. ex ipsius sp̄e diffinitione. Est em̄ sp̄es certa expectatio future beatitudinis ex gratia dei et meritis proueniens rō. iij. Secundus gratiā firma sit promissio. s. future beatitudinis ex qua sp̄es generatur. vnde de eo qui de dei iusticia et suis sceleribus formidans desperat dicitur in ps̄. Posuisti firma-

mentum eius fortitudinem. ¶ Secūdo propter effectum qui figuratur in nomine firmamenti cum dicit fiat firmamentum. Dicitur enim spes firmamentum quia per ipsas anima firmatur vt non deficiat in laboribus z periculis et tribulationibus. Et est triplex ratio istius firmitatis. ¶ Prima enim propter fructum siue premium sicut agricola non deficit in labore p̄pter sp̄em fructus. s. patienter expectans preciosissimum fructum terre. ¶ Et ex ista sp̄e non piget eum laborare in agricultura siue arando siue aliud faciendo ¶ postolus. i. cori. xij debet in sp̄e qui arat arare. Et simile facit miles propter sp̄em stipendij et nauta propter sp̄em lucri. Nūc quidē belli ¶ Iste vero maris periculis et laboribus se exponēs. Ergo multo magis debet homo firmari in tolerandis laboribus et suscipiendis periculis propter sp̄em eterni et celestis premij. Unde Chry<sup>s</sup>o. ait. Si qui vias laboriosam existimant sue desidie est accusatio. Si enim tempestates pelagi nautis vulnera militibus glacies z frigora agricultoribus leuia et portabilia sunt propter sp̄em premij temporalis multo magis cum celus placet nullum debet sentiri periculum. Maxime enim labores mitigat in benignum finem venire. Ne despicias ergo qz via aspera est. sed quo ducit nec aliam que lata est sed vbi desinit. Et beatus augustinus super canonicam Jaco. dicit. Spe illius boni ad quod tenditis quicquid vobis in via contigerit gaudere debetis ps̄. Erit firmamentum in terra in summis montium. Nam in terra. i. in mundo isto fundamentum montium. i. firma spes hominum perfectorum est in summis bonis propter quam sp̄em etiam in tribulationibus gaudent et patientiam habent s̄m illud spe gaudētēs i tribulationibus patientes. ¶ Sc̄da ratio firmitatis spes sanctorū ē pp̄ auxiliū. Quod licet enim castrum etiam obseſsum contra inimicos fortit̄

se tenet quando sperat habere auxiliū z succursus. sicut ps̄ p̄. regū. de viris iabes galaad. vñ sancti viri qui sperant in oī sua aduersitate z angustia diuinū auxiliū habere firmissime se tenēt in omni bono. sicut ps̄ de susāna cui⁹ cor erat fiducia z hñs in dño. Exemplū etiā de hoc habet in beato martino quē latrones ceperūt z occidere voluerūt. Et d̄t se nunq̄ securus fuisse qz sciebat miām dei maxime in tribulatiōib⁹ affuturā ps̄. In deo sperauit cor meū z adiut⁹ sū. Sed hoies peccatores hñt spem solū i adiutorio mūdi q̄ est bacul⁹ arūdineus. vñ frequenē ruūt sicut elephas q̄ appodiat se arbori debili. Sz sperans in dño ē sicut ille. qm̄ innititur super rem firmam qui nō timet ruinam z talis dicere pot̄ illd̄. ij. regū. xxij. Factus est dñs firmamētū meū. ¶ Tertia ratio firmitatis spei sāctorū est pp̄ terminuz puta qm̄ quis sperat cito se posse euadere de periculo z ipm̄ piculū cito terminandū sicut interdū accidit i mari. Sic sancti viri sperantes bñtudinē eternā nō timent penas transitorias q̄s sperāt cito se euasuros. Sed penas eternas de qb⁹ nō est spes euadendi illas metuūt. Et sicut dicit tullius. Omnia breuia tolerabilia esse debent etiam si magna sint. vnde tali firmatur animus contra mala vel in periculis sicut nauis in mari ancora firmatur. Vnde ap̄ solol⁹ heb. confugimus ad tenendam spem quā habemus sicut ancora zc. Et sic accidit in omni casu piculoso. vñ. eccl. iij. In tēpore casus. iueniet firmamētū. ¶ Tercio firmamētū signat virtutē spei pp̄ sitū qz in medio aquarū. s. supioz z inferiorū. ¶ Per aquas inferiores possum⁹ itelligere malos. p̄ supiores. vero bonos. Intelligunt̄ ei hoies mali per aquas inferiores. s. que sūt i terra. Quarū quedā sunt turbulente pp̄ admixtionē terre. Sicut aqua fluuū qui dicit̄ eufrates. z tales aque significant avaros. Je. ij. Quid tibi in via egypti vt bibas aquam turbidam.

Quedam vero sūt fetide vt sulphuree. z significant luxuriosos. Quedā fluide z velocissimi curs⁹ sicut aqua fluuū qui dicitur tigris et significant superbos qui appetunt honores z potentatus qui cito transeunt. Quedā vero sunt amare sicut aque marathexo. xv. vel sicut maris aque z significant inuidos qui de bonis aliorum amaritudinē patiūtur. Quedam sūt lapide sicut aque dulces. licet enī aq̄ de se nullū hēat saporem. acq̄rit tñ sapore vel p̄ colationē quā h̄z in poris terre. vel p̄ calozē solis qui dulcedinē facit i aq̄ eleuādo subtili⁹ ei⁹ z pmiscendo ei humidū aereū qd̄ pigue facit z dulcorat. Aque ergo lapide significant gulosos q̄ sapes ciboz et delectatiōes gule q̄rūt. ¶ Quedā vō sūt aq̄ frigide z significant accidiosos q̄ frigidū sūt pp̄ defectū feruoris et amoris z qb⁹ ipūalia nō sapiūt sz insipida videntur. Quedam sūt aq̄ bullientes z calide z significant iracundos z furore accensos. Iste ergo sūt aque inferiores q̄ fluūt ad inferiora. i. tendūt ad inferna supplicia. de quib⁹ ioseph. iij. Aque inferiores. i. peccatores ad ifirma pctōz descēdūt i mare mortuū. i. in amaritudinē mortis eterne. ¶ Sed p̄ aquas superiores intelliguntur boni qz sunt vt aque pure p̄ munditiam clare per sapientiā solide. i. sū in ep̄ grām z perseuerantiam. mouentur tñ sed circulariter q̄uis enim circularitē moueant̄ fm̄ se tñ nō recedūt a loco. Et sic boni viri propter mutationes fortune nō recedūt a deo q̄ est loc⁹ quietis aīe fm̄ illud aug. Circuiui in mente mea. z non inueni locū neq̄ requiē nisi in te deus meus. ¶ Firmamentuz ergo d̄t stare i medio aq̄z ita q̄ inferiores sūt ifra supiores vō supra. In quo signat̄ q̄ mali ponunt spem suā in inferioribus. i. in mūdānis bonis z hoc tñ expectant. ¶ Sed boni expectant z sperāt supra q̄q̄ firmamentum sūt in medio. tñ ē sepatus siue eleuatū ab aquis inferiorib⁹ que sunt fluide. et adherēs vel appropin-



## Sermo quintus

quans superioribus aquis que sunt solide. qz sancti eleuati sunt ab inferioribus et transitorijs bonis et appropinquare incipiunt vel adherere sumis et superioribus bonis. ps. Qui firmavit aquas super celos. Ubi. s. sunt bona firma in eternum mansura. Ad que nos perducatur. zc.

¶ Sermo quintus adhuc de opere secunde diei.

**F**ecit deus firmamentum diuisitqz aquas que erant sub firmamento ab hijs qz erant sup firmamentum Et factum est ita. Vocauitqz deus firmamentum celum Et factum est vespere et mane dies secundus.

¶ Possumus in verbis promissis. iij. opa dei considerare. Primum est quia formantur celestia qz fecit deus firmamentum. Secundum est qz distinguuntur dyaphana. i. aque. quia diuisit aquas. zc. Tertium est qz variatur noia: qz vocauit. zc. Quartum est qz succedunt tempora: qz factum est vespere et mane. zc. Circa primum sciendum est qz firmamentum dicitur coiter intelligendum esse celum stellatum. Quod quidam dixerunt esse ex. 4. elementis. compositum sicut empedocles: tunc est illud in tanta equalitate elementorum constitutum quod penitus indissolubile siue incorruptibile est. Et ideo dicitur qz in eius proposito ne non erat lis sed amicitia tantum. Cetera autem que ex elementis sunt aut constare ex amicitia et lite. Unde secundum hoc potest vocari firmamentum qz indissolubiliter firmatum et compactum. Quidam autem alij dicunt ipsum esse ignis elementum sicut plato eiusque sequaces: et qz ultra ascendere non potest in circuitu rotatur et voluitur sicut ignis in clibano. Et dicit illud esse indissolubile siue incorruptibile non natura sed voluntate diuina. Unde vocari potest firmamentum. tunc quia ascendere et descendere non potest: tunc qz incorruptibile est a deo institutum. Sed aristoteles ponit ipsum non esse ex. 4. elementis quod patet. tunc qz non habet peritium sicut elementa et ideo incorruptibile: tunc qz non mouetur motu recto. i. sursum vel

deorsum sicut elementa. Et ideo dicitur ipsum esse quantum corpus. i. de quanta essentia propter. 4. elementa et incorruptibile per naturam. Et dicitur vocari firmamentum propter soliditatem et incorruptibilem esse eius: tunc etiam (ut quidam dicunt) qz est superior aquarum ut illa que prestantur. Secundum vero opinionem absolute posset concedi. qz firmamentum secunda die factum fuerit etiam secundum suam substantiam: qz. s. in opere creationis producta fuit ipsa elementorum substantia: sed secunda die formatum fuit ex ipsis elementis. Secundum vero opinionem platonis est inconueniens ponere qz celum tunc suam substantiam fuerit factum secunda die. Nam facere firmamentum sed hoc est producere elementum ignis. Productio autem elementorum pertinet ad opus creationis: sicut eos etiam que ponunt in formam materie tempore precesdere suam formationem qz forme elementorum sunt que primo adueniunt materie. Adultero enim minus sicut opinionem aristoteli. ponit pro firmamentum tunc suam substantiam secunda die productum sit sed qz per istos dies successio temporis designatur: qz celum cum sit sicut suam naturam incorruptibile habet materiam que non potest subesse alteri forme. An impossibile est qz sit formatum ex materia prius tempore exite. An productio substantie ad tempus creationis pertinet. sed alij eius formatio: sicut has duas opiniones. s. platonis et aristoteli. pertinet ad opus secunde diei. Allegorice per istud firmamentum intelligitur filius dei: qui licet in se non sit factus vel creatus tamen nobis dicitur factus firmamentum. s. in sua incarnatione. Nam firmamentum dicitur id quo aliquid firmatur: sed res que mobilis est non firmatur nisi adhereat et alligetur alicui rei immobili sicut folia arbori. Sed homo maxime mobilis est qz fugit velut umbra et nunquam in eodem statu permanet: ut dicitur Job. 8. tunc adheresit et alligatus est rei immobili quando humanitas unita est deitati: que omnino immobilis est. Unde tunc humana natura dicere potuit illud ps. Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. An etiam nobis que membra eius sumus dum ei coniuncti sumus per fidem et amorem ipse est firmamentum

nostrū quo in bono sum? stabiles et cōtra aduersa cōstātes. An ipse fuit pfiguratus i ioseph. de quo b̄ eccli. xlix. Ioseph nat? est hō pnceps sc̄m firmamētū gētis. ¶ Adoralit̄ aut̄ notādū ē qd est multiplex firmamētū. ¶ Prīmū est firmamētū timoris quo firmātur penitētes. Nam sicut tabula firmat̄ clauo sic homo timore d̄no. An i ps. *Confige timore tuo. Et postea etiam ut ps. qd firmamētum est d̄ns timētibus eum.* ¶ Sc̄m est firmamentū vigoris quo firmantur pugnantes. Mō enim fugit homo de plio qn̄ h̄ bonū adiutorem et validum protectorem. S; in pugna sp̄iali h̄ hō si vult auxiliū et p̄tectionē dei omnipotentis: et ideo nichil d̄ timere fm̄ illud ps. *D̄ns mihi adiutor: nō timebo.* zc. Unde ipsi? p̄tectio corroborat et cōfirmat. ¶ Tertū est firmamētū doctoris qd p̄tinet ad p̄dicātes quoz doctrina p̄ opas firmatur. Sicut ei dictū accusatoris cōfirmat̄ p̄ testes: sic x̄bū p̄dicatoris p̄ opaei?. Crisostom?. Testimoniū qd ē ab ope credibili? est. s. qd quod a x̄bō tm̄. Eccli. 4. firmamētū doctrine i opibus iusticie. Gregori? nazanzenus: i. le michi videtur sapiens qd de x̄tutibus aīe pauca cōmonet et p̄loquitur | plura aut̄ in suis sc̄tis atq; operibus oñdit: et fidem x̄bi operum suorum astipulatione p̄firmat. ¶ Quartum est firmamētū fulgoris qd p̄tinet ad sapiētes qui fulgent interiorius quo ad deū et resplendent exteriorius quo ad proximum. ¶ Gregori? nazanzen?. Prīma sapientia est vita laudabilis et apud deum pura mens per quam puri puro iunguntur et sancti sancto sociātur ergo qui tali sapiētia sunt p̄diti fulgent deo per mētis puritatem | resplendent proximo per vitam laudabilem. Et tales assimilantur firmamento. dan. xij. qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti. ¶ Quintum est firmamētum decoris qd p̄tinet ad contēplantes qui eleuantur ad cōtemplandam inestimabilem pulchritudinē diuinorū. Et iō qd talis ē efficiē

illius pulchritudinis princeps Eccli. 43. Alit̄ iudinis firmamētum pulchritudo eius. Tūc aut̄ erit p̄fectm̄ hoc firmamentum quādo homo erit in plena p̄templatione siue cognitione dei. s. in via eterna eccli. xvij. In die agnitionis iuenies firmamētum. ¶ Sc̄do attendere debes quō distiguntur corpora dyaphana qd oñditur cū subdit̄ diuisit̄ aquas q̄erant sub firmamento. Nā p̄ aqs̄ intelligūtur corpora dyaphana. Quoz qdā sūt supra firmamētū. i. supra celū s̄dereū sicut d̄ctm̄ est supra de celo cristallino siue aqueo. Quedā vero sūt sub firmamēto sicut ignis | aer | aqua: q̄ oīa noīantur noīe aque qz loq̄batur moȳ es rudi populo qui forte nō credebatur eē aliq̄d aliud corpus ab aqua vsq; ad celum qz aer et ignis non videtur sicut aqua et terra. Unde quidā phi dixerūt vacuū eē vbi est aer. Et sic firmamentum diuidit aquas. i. dyaphana corpora. s. superiora ab inferioribus. Sed si per firmamētū intelligatur aer nubilos? (ut d̄ctm̄ est supra) tūc distinguit aquas ab aquis. i. superiorem aeris partem in qua ḡnantur pluuię et h̄mōi ip̄pressiones ab inferiori pte aeris q̄ aque connectitur et sub noīe aquarū intelligitur ¶ Allegorice aut̄ firmamētum. i. x̄ps diuidit aquā inferiorē a superiori. i. culpā a gr̄a qz in eō solo fuit gr̄a sine culpa. Unde sicut firmamentum eleuarum et separatū est ab inferiori aq; et superiori cōiunctum. Sic x̄ps separatus est a culpa et p̄iunctus gr̄e. ¶ Adoraliter aut̄ p̄ aquas p̄nt̄ itelligi p̄ctōz fluxibilitates q̄ sunt diuidēde quadrupliciter. ¶ Prīmo p̄ donū fortitudis et sic exponi p̄t qd d̄ctm̄ est supra. Fiac firmamētū in medio aquarū et diuidat aquas ab aquis ut firmamētū fit donū fortitudis p̄ qd diuiduntur aque culpe ab aquis gr̄e ¶ Sc̄do diuidūtur p̄ virgam p̄nt̄e qd s̄ḡtur. Exodi. xiiij. vbi p̄ virgam moȳ si diuise sunt aque maris. Et aqua erat quasi murus a dextris et a sinistris. Virga est penitētia et aqua a sinistris vita peccatorū

## Sermo quintus.

qui sinistra quunt. i. temporalia: aqua a dextris vita sanctorum qui querunt vitam eternam. ¶ Tertio per aquam gratie. iosephus. Abi dicitur quod cum portaretur archa pfluvium iordanis aque diuine sunt quod inferiores decurrebant in mare mortuum et aque superiores crescebant. Archa gratia est: aque inferiores peccatores ad ima partium defluentes quousque veniant ad mare mortuum. i. ad amaritudinem mortis eterne. Aque vero superiores sunt viri sancti qui semper in merito crescunt. ¶ Quarto diuiditur aqua per pallium caritatis sicut. iij. regum primo diuise sunt aquae per pallium helpe. ¶ Tertio attendere potes quomodo variantur nomina quod quod prius dicebatur firmamentum postea appellatur celum. unde de vocauit deus firmamentum celum. s. a celando quod celat nobis superiora que non videmus et licet hoc celum nominetur plures tamen sunt celi alij. ¶ Tripliciter enim dicitur celum in scripturis: quoniam ei dicitur prope et natus. Et sic dicitur celum corpus quod est sublime et luminosum actu vel potentia et incorruptibile per naturam. Et in hoc ponuntur tres celi. ¶ Primum totaliter lucidum quod vocatur empyreum. ¶ Secundum dyaphanum quod vocatur celum aquarum vel crystallinum. ¶ Tertium primum dyaphanum et primum lucidum actu quod vocatur celum siderum et diuiditur in octo sphaeras. s. sphaeram stellarum et. vij. sphaeras planetarum que possunt dici 8 celi. ¶ Quidam etiam (ut dictum est) ponunt unam aliam sphaeram propter celum crystallinum et illud empireum. ¶ Secundo dicitur celum per participationem alicuius proprietatis celestis corporis. s. substantialitatis et luminositatis actu vel potentia. Et sic totum illud spacium quod est ab aquis usque ad orbem lune. Damascenus ponit unum illud nominans celum aereum. Et sic secundum eum sunt tres celi. aereum sidereum et alius superius de quo intelligitur (ut ait apostolus) raptus fuit usque ad tertium celum. Sed illud spacium continet duo elementa. s. aeris et ignis. Et utrumque eorum vocatur superior et inferior regio. Ideo istud celum diuisit Babanus in quattuor. Super-

ma regionem ignis nominans celum igneum in inferiorem vero regionem celum olipum ab altitudine cuiusdam montis qui vocatur olimpus. Superiorem vero regionem aeris vocauit celum ethereum propter inflammationem inferiori vero regionem vocauit celum aereum. Et sic cum isti quattuor celi tribus superioribus celis connumerantur fiunt in uniuerso secundum Babanum. vij. celi corporei. ¶ Tertio dicitur celum metaphorice et sic quoniam sancta trinitas dicitur celum propter eius spirituali sublimitate et luce: de quo celo exponit diabolus dixisse. Ascendam in celum. i. ad equalitatem dei. ¶ Quoniam etiam spiritualia bona in quibus est sanctorum remuneratio propter eorum eminentiam celum nominantur: ubi dicitur merces vestra multa est in celis ut augustinus exponit. ¶ Quoniam vero tria genera supernalium visionum. s. corporalis imaginarie et intellectualis: tres celi nominantur de quibus exponit augustinus. quod paulus raptus est usque ad tertium celum. Unde quod sunt multi celi: dicitur in psalms. Laudate eum celi celorum. ¶ Allegorice autem firmamento. i. christo competit nomen celi in quo sub carne passibili deitas celabat. Tho. Lumen celi non video. i. deitatem christi oculo corporali. ¶ Moraliter autem hoc firmamentum quod vocatur celum virtutem spei significat triplicatione. ¶ Prima est quod istud est. 8. celum et significat quod in octaua etate in qua erit resurrectio perfecta beatitudo implebitur quam speramus. s. in corporum glorificatione. ¶ Secunda ratio est quod dicitur celum a celando quod. s. ea que speramus celata et occulta sunt nobis quia sunt futura et nondum apparentia. Sic agricola sperat de fructu quando seminat qui tamen nondum apparet. Unde res sperande habent augmentum fidei sed non apparentiam. Unde Ro. viij. Quod non videmus speramus. Virtute ei videre est ipsam habere. Illud autem spat aliquid id. quod iam habet: sed spes est de hoc quod non habet. Illam scilicet timor est de malo nondum presertim dolor autem de presenti malo. Sic spes est de bono quod non dum habetur: amor autem

virtutis est et plus influat in superiora et inferiora corpora et ideo omnia respiciere dicitur eccl. xliij. Sol illuminans per omnia respexit. ¶ Luna autem dicitur luminare minus respectu solis vel minus. i. minoris quantitate etiam respectu aliorum ut supra patuit. Est tamen nichilominus magne virtutis et dignitatis. Nam secundum basilium. Luna est decor noctis mater rosis ministra humoris dominaatrix maris. mensura temporis. emulatrix solis et imitatrix aeris. Iste sunt. viij. virtutes et dignitates lune. ¶ Prima quia est decor noctis. s. non tantum quia noctem illuminat. sed quod precipue in nocte decor ipsius apparet praesertim in plenilunio. ¶ Sed tamen aduertenda est cautela quare luna aliquando apparet nobis plena aliquando vero varie diminuta. Quae ei huius est luna non habet lumen quod nostrum visus possit imitare nisi a sole. Et semper illa medietas lune que obijcitur soli illuminatur ab eo. ¶ Cum ergo luna est in coniunctione cum sole medietas lune obiecta nobis est sine lumine. Et cum luna sit velocior in motu suo quam sol pertransit solem et tunc aliquantula portio eius medietatis que soli est obiecta incipit conuertere ad nos et apparere ad modum figure arcualis. Et quanto plus recedit a sole tanto plus pars illuminata incipit apparere nobis donec luna sit in oppositione et tunc medietas eius que obijcitur soli tota nobis apparet totaliter illuminata quare videtur nobis luna plena lumine. Et cum luna transit a via oppositionis consequitur solem donec erungatur iterum et tunc medietas illuminata a sole incipit paulatim occultari aspectui nostro donec de ipsa nichil nobis appareat et sic quotieslibet mense accidit ista diuersitas que dicitur incrementum vel decrementum lune. ¶ Secundo luna est mater rosis Nam vim humiditatis suae aeri imprimat et aerem subtiliter alterans et immutans in ipsius superficie rosam signat. vñ manifeste videmus quod est.

uali tempore quanto luna serenior tanto habundantior ros super gramina descendit. ¶ Tertio est ministra humoris. Nam in augmento lune humores crescunt in corpore et humescunt in capitibus cerebra in ossibus medulle et breuiter in corporibus omnis humoralis substantia. Et similiter in eius diminutione hec omnia minuitur, propter quam causam melius est minuere sanguinem in lune augmento quam in decremento, sed lingua incidere pro edificijs vel arbores plantare vel inserere est melius in decremento quam in augmento. Cuius ratio est quia in augmento crescunt humores, si tunc arbores insereres vel plantares humorum nunquam qui in planta habundaret quia ab ea regi non posset, fructus vermiculosos faceret. ¶ Ligna etiam tunc incisa edificijs non sunt apta quia propter humiditatem inclusam ad putredinem sunt apta a vermibus etiam faciliter corrodantur et etiam perforantur. ¶ Quarto est dominatrix maris. Nam sicut adamas trahit ferrum post se ita luna mouet et trahit post se oceanum, unde in ortu suo intumescit mare et crescit ex parte orientali, et decrescit ex parte occidentali, et econuerso quando est in occa sua, secundum autem quod luna plus vel minus proficit in lumine. Ita plus vel minus in fluxu suo se extendit vel retrahit ipsum mare. Et sicut dicit Aduarus in libro ciceronis. ¶ Oceanus in incremento lune retinet istum modum. Primo enim die crescentis lune fit copiosior solito et habundat in summo, sed in secundo minuitur et decrescit usque ad diem septimam. Deinde iterum crescit per vii. dies. Ita quod in xiiii. die in totum est plenum in summo. Unde in nouilunio semper est mare plenum. ¶ Quinto luna est mensura temporis, quia secundum motum lune accipiuntur anni lunares qui apud hebreos obseruabatur, unde ecci. xliij. luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis

et signum eius. ¶ Et continet annus lunaris. ccc. liij. dies, unde deficit ab anno solari in xi. diebus. Et ideo hebrei annum seruant minorem quam nos xi. diebus preter quadrantem unius diei. ¶ Sexto est emulatrix solis. Nam aliquando ipsi soli est ante, aliquando retro, aliquando super, aliquando subter. ¶ Aut enim est cum sole in coniunctione, ut quando ascendit, aut a latere, ut quando a sole recedit, vel quando ad solem reuertitur, aut in plena oppositione quando totaliter soli opponitur: sed quando luna est sub sole ita quod recto diametro inter nos et solem sit interposita tunc eclipsat solem. ¶ Sed non potest eclipsis solis accidere naturaliter nisi in coniunctione solis et lune quando de nouo accenditur et ipsa coniunctio in linea ecliptica celebratur, et hoc est semper quando sol est in capite draconis et luna in cauda et econuerso. Unde dicit albumazar in libro de motu planetarum. Si luna inter nos et solem obuiat defectum radiorum nobis facit in capite vel in cauda draconis. ¶ Luna autem eclipsam patitur ex interpositione terre inter eam et solem. Nam cum sol illuminet medietatem spheræ terre, successiue tamen secundum motum eius ab oriente in occidentem, et sol sit maior terra, oportet quod terra ex parte non illuminata producat umbram in aerem habentem figuram pyramidalem que scilicet incipit a lato et tendit in conum id est in angustum. Huius autem umbra terre secundum ptholomeum et alfagramum differentia. xviij. habet longitudinem a facie terre quousque deficiat equalè diametro ducetes sexagesies octies. Ex quo patet quod protenditur ad utramque spheram lune, tanta est sexagesies quater tamen quam dimidius diameter terre secundum alfagramum. Sicut autem sol regulariter et semper decurrit sub ecliptica ita et acumen umbræ terre directe sub ecliptica fertur, ita quod si linea longitudinis umbræ pro-



## Sermo xi.

traheretur in longū vsq; ad zodiacū  
in ecliptica finiretur. Abi nadir so-  
lis. i. oppositum signum significatur.  
Et q; luna nō est sub ecliptica nisi qñ  
est in capite v; cauda draconis nec ap-  
propinquat ad eclipticam nisi qñ ap-  
propinquat alteri istorū. ¶ Hinc est q; lu-  
na nō pōt ab umbra terre pprehendi  
neq; p pñs eclipsari nisi sit in capite  
vel cauda draconis vel ibi prope. Et  
quia ista umbra terre rotunda est et  
sphericalis et in rotūditate sua subtili-  
atur ad acunē pueniēs et huius pro-  
fūditas rotunditatis est in qua luna  
recipitur vel totaliter vel partialit̄ et  
tū; eclipsatur in toto vel in parte: et  
fm q; magis vel min⁹ in tenebris cō-  
prehenditur scdm hoc est maior eclip-  
sis vel minor. Ana qñ est luna in ho-  
ra oppositionis in pūcto capitis vel  
caude: ita q; centrum lune sit sup cen-  
trum rotūditatis vmbre tūc est eclip-  
sis maxime et lōgioris more. Si aut̄  
sit centrum lune extra centrū rotūdi-  
tatis vmbre tūc est minor eclipsis: et  
tanto minor et breuioris more q; cen-  
trum lune est magis longe a centro  
vmbre. ¶ Et est notandum q; sicut al-  
chabius dicit. Si fuerit eclipsis in si-  
gnis frigidis significat grauitatē fri-  
goris in proximo in tpe sequēti: nisi  
cōiunctio maxima aliūde impediāt in  
toto vel in parte. Et si fuerit in signis  
aquaticis significat habūdātiā pluui-  
arum maxime si fuerit hyems. Sive  
ro fuerit estas temperamentū in aere  
gnabitur: sic intellige in alijs signis  
fm signorum naturā. Et si stelle fortu-  
nate tpe eclipsis sint in cōiūctione cū  
luna vel aspexerint eam tunc attestat̄  
eclipsis super bonum. ¶ Si autem in  
fortunate fuerint in pūctione cū lu-  
na vel aspexerint illam attestatur eclip-  
sis super malum. Et maxime tūc ca-  
uendum est incipere seminare q; nul-  
lus ide nasceretur fructus sicut expi-  
mento pbatum est. ¶ Dicunt etiā qui-  
dam sapientes q; verius iudicium ac-  
cipitur in eclipsi hoc modo q; accipia-  
tur ascēdens qñ est in medio eclipsis

et videatur quis sit dñs ascendētis  
et si fortunat⁹ sit certissime attestatur  
eclipsis super bonū. Si autem sit ifor-  
tunatus multo tunc accidunt multa  
mala sicut fames pestilentie aeris et  
similia. ¶ Septimo luna ē imutatrix  
aeris et mediāte aere maxime imutat  
corpora humana. ¶ Unde hypocrates  
in principio pnosticoꝝ de luna lo-  
quens ait. Est quoddā celeste syd⁹ in  
quo oꝝ medicum prouidere cui⁹ pro-  
uidētia est mirabilis et stupēda. ¶ Et  
galienus in libro de diebus criticis  
dicit q; docuerunt astrologi egyptio-  
rum q; per coniunctionem corporis  
lunaris cum stellis fortunatis hūt e-  
gritudines terminabiles ad bonū cū  
cōtrarijs vero ptrarie. s. ad malū. Et  
ideo cautus et perfectus mēdicus se-  
cundum doctrinam hypocratis aspi-  
cere d; primam lunam et etiam qñ est  
plena luie q; tūc crescūt humores in  
omnibus. ¶ Quā igitur aliquis infir-  
mus cadit multum necesse est videre  
vtrum luna tunc exeat de cōbustione  
tūc em̄ crescit infirmitas quousq; ve-  
niat ad oppositionis gradū. s. i pleni-  
lunio et tunc si fuerit luna in malo si-  
gno et aspexerit dñm dom⁹ vite. s. mar-  
tem qui est domus arietis siue primi  
signi tūc de vita desperandum est vt  
p; ex libro hypocratis quē d; scripsis-  
se et cōposuisse de iudicijs infirmitatis  
fm lunam. ¶ Item experimento pba-  
tum est et visum q; multi qui infirmati  
sunt crescente luna et qñ erat sup terrā  
eueuata ab oriente ad mediū celi eua-  
serunt de magnis infirmitatib⁹ eo q;  
nō erat tūc fortis et humidum comple-  
tionale multum commouebatur tunc  
motu nutritiuo corporis. ¶ Alij vero  
ecōtrario de minoribus infirmitati-  
bus mortui sunt quia ceperunt infir-  
mari luna deficiente et non existente  
super terrā et precipue cum luna fuit  
recedēs ab angulo medie terre ihemi-  
sperio inferiori. ¶ Item si animal ha-  
beat apostema et de nocte iaceat sō ra-  
dus lune deficiētis precipue quando  
luna est in calido signo celi non unq;

tale animal ex paruo apostemate moritur: qm̄ luna tunc macerat putrescit et corrumpit. ¶ Item crescete luna crescum humiditates in matricibus feminarum. Et sunt ille humiditates vigorose plene spū viuifico quādo luna ascēdit ab oriēte ⁊ tunc facile concipiunt ⁊ magis tunc filios masculos q̄ alio tempore. ¶ Allegorice autem ista duo magna luminaria celi significāt duas naturas dñi n̄ri iesu xpi. s. sol naturā diuinā: ⁊ luna humanā: quaz coniunctio facta ē in vtero virginali velut in quodā signo in quo dicitur Isa. viij. Dabit dominus ip̄e nobis signum: qz ecce virgo concipiet et pariet filium. ⁊c. Unde tūc fuit iste sol q̄ si in signo virginis abac. Sol et luna i. diuina natura ⁊ humana steterunt in habitaculo. s. in vtero virginali vel in persona ipsa filij dei in qua sūt vnite ille due nature in vno esse suppositi diuini: vel per solem intelligitur xps de quo malach. Orietur vobis timētibus nomen meum sol iusticie qui ē luminare maius. Per lunam vero virgo maria tamq̄ luminare minus ps. Fecit luminaria magna. ⁊c. Ista luna quasi solem nobis eclipsauit: qm̄ filium dei nostra carne vestiuit: quia tunc eius claritatem (quo ad nos) q̄dāmodo inumbrauit. Unde luce. i. dictum ē virgini. Virtus altissimi obūbrabit tibi. ¶ Moraliter autem in claritate horum duorum luminariorum celi representatur duplex prudētia mundi: qz in sole representatur prudētia spiritalis. In luna vero prudentia carnalis siue secularis. Tria em̄ attribuuntur soli que habet prudentia spiritalis sanctorum. ¶ Primum est qz sol (vt supra patuit) habet dominū sup aurum: sicut luna super argentū. Unde est aurum inter metalla fulgidius: sicut sol inter luminaria lucidius. Per fulgidum solem intellige virum prudentem. Per aurum vero hominem patientem. Mā aurū in igne positum non euaporat: vt incensum nec in pondere minuitur: nec p̄sumit

Sed q̄nvi caloris dissoluitur: si quid habet impuritatis admixtum depuratur. Similiter vere patiens tantā habet mentis soliditatem: q̄ tribulationis positus neq̄ euaporat p̄ iram nec in pondere virtutis minuitur per diffidentiam: neq̄ consumitur per tristitiā seu accidiā: s̄ potius depuratur per pene tolerantia. Et fulget per veritatis euidētiā q̄ s̄ sol aurum generat: est q̄ prudētia patientiam causat. d̄natur enim homo prudens animo suo: ⁊ patienter nouit aduersa tolerare. Unde reb̄ de auratis maxime splendor solis refulget: qz in hoibus patientius maxime prudentia patet p̄mū machabe. Refulsit sol in clipeos aureos. Item sol dominatur igni sicut luna dominatur aque. q̄ etiam patuit (vt supra dictum est) de dominio luminariū super elementa. Unde et radius solis ignē accendit. Unde si mittatur aqua frigida in vitro bene mūdo ⁊ decēter rotūdo: sicut sunt vrinalia vel phiale vitree: et obijciatur directe radioz circulo solis: multiplicabitur calor ex reflexione radij sup vitrum: et m̄r̄ ille calor repellitur ab aque frigiditate post vitrum. Et si sit ibi pannus bene mundus ⁊ siccus et aliquātulum adustus incenditur ⁊ elicitur ex eo ignis. Et si accidit: si mittatur in vitrum aqua calida: eo q̄ calidum non repellit et congregat: sed potius attrahit et clarificat: et ideo debilitat calorem generatum ex reflexione radioz. ¶ Congregatio igit̄ caloris ad oppositum vitri est per fugam eius a frigiditate aque sibi contraria: quia vnum contrarium fugat aliud. ¶ Sicut ergo radius solis generat ignem: sic prudentis consideratio et discretio generat amorem. propter q̄d augustinus dicit q̄ prudētia est amor ea quibus iuuamur ab his quibus impeditur sagaciter eligēs. Mā cum prudēter vtilia a nociuis discernimus hec amamus et illa odimus. sc̄di macha. sc̄do. Refulsit sol q̄ prius erat in nubilo: et accensus est.

## Semo vndecimus.

ignis magnus. Item sol dñatur generationi: ppter qd dñ phūs in secundo phisicor: q homo generat hoīem z sol. Item in scō de gñatione z corruptione dñ phūs q i natura causa generationis efficiēs est obliqu⁹ mot⁹ circuli celestis afferēs gñationes. i. solē appropinquare faciēs ad locū generationis: per radios recte cadētes cū ariete vsq ad librā res gñatur et faciēs solē recedere ad signa meridionalia i tēpore quo res corrūpūtur. q sol causat gñationē significat q prudentia causat operationem qz non est homo prudens ocios⁹: sed operos⁹ vt et soli s ortus diem faciēs sollicitat hominem ad operandum. ps. Ort⁹ ē sol et congregati sunt zc. Et postea sequitur. Exhibit homo ad op⁹ suum. Per lunam vero (que est luminare min⁹) intelligitur prudentia seculari et carnalis que est in peccatorib⁹ ppter tria. Primo ppter vmbrositatem: qz qto luna est magis lūie plena tanto plus apparet in ea macula et vmbra: de qua macula et vmbra quare ibi appareat quadruplex est opinio. Prima est rusticor et ista est fabulosa: quia enim illa macula videt̄ habere quasi formā hoīs: fabulatur rustici q fuerit quidam rusticus qui fuerat furat⁹ spinas: z dum portaret eas sup dorsum fuit stellificat⁹: id est posit⁹ in stella lune: cui⁹ imago (vt dicunt) est illa nigredo. Sed quia hoc ridiculosum est et fabulosum ideo est alia opinio quorundam dicentium q cum luna si corp⁹ mediū inter celestia z terrestria participat naturā tā istorum q illoz. Et ideo s q participat naturā corporū supercelestium: apparet in ea claritas: scdm vero q ptiat naturā corporū terrestriū apparet in ea nigredo. Alij vero dicūt q lūa est corp⁹ politū et tersū z mundum in quo resplendent forme rerum sibi obiecte sicut in speculo mundo: partes autem terre que sunt cooperte aquis apparent in luna clare: sed partes nō cooperte apparent in ea obscure: sed

secūdū formam situs illarū partium in terra apparet imago in luna. Et si obijciatur q tota forma rei resplendentis seu apparentis in speculo ita apparet integra in medietate vel quacūqz portione speculi: sicut i toto integro: sed non tota illa imago vmbre apparet in luna semiplena. Et sic non videt̄ q hoc possit eē mō speculari. Rñdetur q hec obiectio suppoit falsum. s. q qñ lūa apparet nobj semiplena q nō sit nisi medietas lune: qz reuera semper est tota integra: lz in receptione luminis q̄tum ad aspectū nostrum nō ita sit. An si tota luna sēper illuminaretur a sole: semper illa macula tota appareret: sed nō non tota illuminatur ideo non tota imago semper apparet. Alij aut pbabili⁹ dicūt q in corpore lune est ponere aliquas partes rariores et aliquas densiores: et i rariores plus recipit de lumine solis: et ideo magis apparēt lucide: i densioribus vero minus recipit: et ideo magis apparent obscure. Et secundum illius densitatis situm apparet talis figura. Et si quis obijceret q raritas et densitas videtur esse proprietates elemētariū corporū: z tō nō ponenda in celestib⁹. Dicendum est q sicut hētur in libro de sba orbis raritas z densitas quā o3 ponere in celo equiuoce se h3 ad raritatē et densitatē corporū inferiorū. Unde etiā astrologi qui ponūt sex planetas pter solē moueri in epicyclis. i. i circulis quis extra sphaeras suas ne cogantur inter sphaeram et sphaeram ponere vacuum vel ipsas sphaeras scissibiles: distigūt in celestib⁹ triplicē sba3. s. sba3 stellaz que est luminosa: z substantiā sphaeraz q est dyaphana z solida z non diuisa: et substantiam aliā q est inter sphaeras diuisibilis z inspissabilis ad modum aeris q̄uis incorruptibilis. In luna autem quia appropinquat ad naturam terrestrem est hoc spāle: qz non h3 vniūformitatem in partibus: vt sit tota equaliter rara: vel eāliter dēsa: q̄uis tota sit incorruptibilis z solida.

Unde non est vniformiter dyaphana  
 aut luminis receptiua. Et ideo dictū  
 est q̄to magis quo ad nos lumine vi  
 detur plena t̄to apparet magis ma  
 culosa. Et ideo significat prudentiam  
 carnalium hominum et peccatorum  
 qui q̄to plus lucent prudentia secula  
 ri: tanto plus habent de macula pec  
 cati: quia prudentes sunt ad facien  
 dum mala et nescientes facere bona:  
 propter quod dicitur q̄ prudentia car  
 nis mors ē. Joel. sc̄do. Luna vertitur  
 in sāguinē pcti. ¶ Sc̄do representat lūa  
 prudentiam sclarem pp̄ mutabilita  
 tem: luna em̄ mutabilis est et instabi  
 lis: pluribus em̄ motibus mouet lu  
 na q̄ aliqui planetarum. Nam (put  
 astrologi nob̄at) Saturnus iupiter  
 et mars et venus tres habent motus  
 ¶ Primus motus est ipsius planete  
 in epicyclo superiori versus orientē  
 et in inferiori versus occidentē: quo  
 differūt a luna et cōueniūt cum mer  
 curio vt statim patebit. ¶ Sc̄ds mo  
 tus est ipsius epicycli: cuius centrum  
 mouet sup̄ circumferentiā deferentis  
 versus orientē. ¶ Tertius mot⁹ ē ip̄i  
 sphere in centū ānis vno gradu fm̄  
 motū octaue sphere. ¶ Mercuri⁹ ve  
 ro quattuor habz motus vnum sui in  
 epicyclo in superiori parte vers⁹ oriē  
 tem et in inferiori versus occidentem  
 in quo est cōtrarius lune. ¶ Secūduz  
 hz ecentricū. s. epicycli ei⁹ i circūferē  
 tia deferētis vers⁹ orientē. ¶ Tertio mo  
 tus est cētri deferētis versus quēdā  
 circulū puū circū centrum terre ver  
 sus occidentem: deferens em̄ mercu  
 ri⁹ nō est fixus sicut nec deferens lune  
 Sunt autē deferens equans et circū  
 paru⁹ em̄ in superficie vna et similiter  
 et equas in alijs supradictis. Sed in  
 omnibus istis epicyclis declinat a su  
 perficie aliorū circulozum ad partes  
 diuersas. ¶ Luna vero. v. habet mot⁹  
 ¶ Unus est lune in suo epicyclo: qui q̄n  
 est in inferiori parte mouetur versus  
 orientem: sed in superiori parte ver  
 sus occidentem: et econtrario est i om  
 nibus planetis habentibus epicyclū

vt dictum est. ¶ Secundus motus est  
 cētri epicycli in circūferētia deferen  
 tis ab occidente, versus orientem.  
 ¶ Tertius est deferētis in circulo bre  
 uī circa terram ab oriente in occiden  
 tem. ¶ Quartus motus lune est mo  
 tus interceptiōis quē faciūt deferēs  
 et equans in duob⁹ locis appellatis  
 caput et cauda draconis: qui est simi  
 liter ab oriēte in occidentē p̄tra suc  
 cessionē signoz. ¶ Quit⁹ mot⁹ lūe fm̄  
 quē sphaera lune p̄tinēs oēs istos mo  
 tus mouetur fm̄ motū octaue sphere  
 in omnib⁹ centum annis vno gradu.  
 ¶ Habet etiam luna varietatē et mu  
 tabilitatem in aspectu et variatur per  
 quattuor etates. ¶ Nam prima etas  
 lune est quādo crescit quousq̄ sit me  
 dia: et tunc in effectu suo est calida et  
 humida. Deinde luna vsq̄ ad pleni  
 lunium est calida et sicca. Deinde lu  
 na cadens a plenilunio quousq̄ effi  
 ciatur dimidia est frigida et sicca.  
 Deinde a medietate quōsq̄ deficiat ē  
 frigida et humida secundum ptholo  
 meum et alcabicium. ¶ Varietas er  
 go et mutabilitas lune significat in  
 stabilitatem et mutabilitatem volun  
 tatis et consilij et operationis: que ē  
 in prudentibus et sapientibus secu  
 li qui cogitant consilia que non pos  
 sunt stabilire. Unde eorum prudētia  
 in rei veritate est quedam stultitia.  
 Ecclesiastici decimo septimo. Homo  
 sanctus in sapientia sua manet sicut  
 sol. Sultus autem vt luna mouetur.  
 ¶ Tertio representat luna seculi pru  
 dentiam propter oculozum viciositā  
 tem. Nam secundum ptholomeum lu  
 na efficit hominem in oculis male di  
 spositum: qz facit vnum oculum ma  
 iorem altero: aut strabum aut orbem  
 in vno oculozum. Et generaliter (di  
 cit ptholomeus) q̄ homo in cuius cō  
 plexione lune cōstellatio dñium hūit  
 vitio in oculo non carebit. Similiter  
 prudentes seculi sunt i oculis cordis  
 prauē dispositi: qz oculum id est sensū  
 habēt circa t̄palia magnū et sagacem:  
 sed circa spūalia paruū et hebetem.

## Sermo duodecimus

habēt etiā vt plurimū ocām vitiosum  
i. sensū fallace z fraudulentū sed tñ si  
tales conuertant ad deū tunc quodā  
mō luna efficitur vt sol | quia cōuer-  
tunt sensum suum ad bonū tan illud  
Isa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis.  
Et tñc lucent non solū lumine spūa-  
lis prudentie. sed etiam lumine gra-  
tie et radē fulgebunt lumine gl̄ie. i. in  
vita eterna. Ad quā rē.

¶ Sermo. xij. adhuc de opere  
quarte diei.

**E**cit deus duo magna lu-  
minaria et stellas z posu-  
it eas i firmamēto celi rē.  
Postq̄ dictū ē in p̄cedēti  
sermone de luminariis que  
sūt maioris apparētie. i. de sole z lu-  
na. Dicendū ē de his que sūt apparē-  
tie minoris. i. de stellis. ¶ Primo qui  
dē de earum p̄ductione | qz fecit deus  
duo rē. ¶ Secundo de earū locatiōe:  
qz posuit eas i firmamēto celi. ¶ Ter-  
tio de productiōis rōne | vt lucerent  
super terrā. ¶ Quarto de earū appro-  
batione | z vidit deus qz esset bonum.  
¶ Quinto de t̄p̄is ordinatiōe | qz factū  
est vt p̄peret mane dies quartus. ¶ Cir-  
ca p̄mū notandum ē qz cum stellis q̄s  
d̄ deus fecisse | intelligunt alij quōs  
planete q̄ non sūt notati. i. saturnus | iu-  
piter | mars | venus | z mercurius: z cō-  
prehenduntur sub noīe stellarū: quia  
q̄tum ad apparentiaz visus (quo ad  
vulgares) non vidētur differre a stel-  
lis fixis. licet in rei veritate multum  
differant: z quo ad situm | z etiaz quo  
ad motū | vt. ex supradictis p̄t̄. ¶ Om-  
nium autem stellarum fixarum nomi-  
na nota sunt deo qui numerat multi-  
tudinem stellarum | et omnib⁹ eis no-  
mina vocat. S; apud astrologos stel-  
larum fixarum ille que note sunt (s-  
icut dictum fuit supra) sunt mille. xxij.  
distincte per sex gradus magnitudi-  
nis et sunt in. xliij. imaginibus vel  
vt alijs places. xlvij. ¶ In primo etiā  
gradu magnitudinis ponuntur ille  
xv. stelle de quibus dictum est in p̄-  
cedenti sermone. ¶ In secundo vero

gradu magnitudinis sunt stelle. xlv.  
inter quas sunt alfatcadon que sunt  
due stelle lucidiores v̄se maioris | et  
lucidiores v̄se minoris. ¶ In tertio  
gradu sunt stelle. ccvij. ¶ Et in quar-  
to sunt stelle. cclxxij. ¶ In quinto sūt  
stelle. ccxvij. ¶ In sexto gradu sunt  
stelle. ccxix. p̄ter has sunt. v. nubi-  
lose et nouem obscuriores sūt vt ala-  
bacha z arad que sunt stelle parue cō-  
gregate similes nubibus quarum q̄-  
dam p̄me sunt in cauda thauri z alie  
in naribus leonis. ¶ Sed adhuc om-  
nium stellarum dictarū quedam sūt  
in parte septentrionali a circulo si-  
gnorum et sunt. cclx. Quedam vero  
in imaginibus signorum et sunt. ccc.  
xvi. Et quedam ex parte meridiei ex  
circulo signorū et sunt. ccc. vi. ¶ In-  
ueniuntur autem in sacra scriptura  
specialiter quedam stelle nominate si-  
cut iob. ix. dicitur. Qui facit arcturū  
et orionas et hyadas et interiora au-  
stri. Et iterum iob. 33. Nunquid con-  
iungere valebis micātes stellas pley-  
ades. Arcturus ergo (sicut dicit Isi-  
dorus) est signum constitutum a. vij.  
stellis in axe fixis in se reuolutis | que  
i. septem stelle vicine sunt polo septē-  
trionali. sunt enim sub polo circa axē  
locate z vertūtur semper circa axem  
sicut v̄sa circa stipitem. Et ideo ille  
circul⁹ vocatur v̄sa maior sicut ma-  
crobis dicit. Apparent etiam ille.  
vij. stelle radiose z rutilantis forme:  
quarū. iij. anteriores in modū qua-  
dranguli alterius lateribus ordinan-  
tur. Tres vero sequētes in modū se-  
mi circuli disponunt. ¶ Et sicut dicit  
gregori⁹ sup iob ille circulus arcturi  
semper vertit z nunq̄ ad ima demergit  
Et q̄n stellas tres eleuat. iij. ad ima  
declinat z ecōuerso cā. iij. sursum eri-  
git tres ad ima deorsum mittit. Et di-  
citur arcturus ab arctando quia. i. s.  
suo frigore arctat et stringit terram.  
vnde iob. xxxvij. ab interioribus egre-  
diatur tempestas et ab arcturo frig⁹  
Ab illa em parte surgit frigus p̄pter  
elongationem a calore solis frigore

vero politerre artantur. ¶ Orion autem est quedam stellarum figura (quam sicut dicit Plinius) gladiati militis et accincti in stellarum ordine faciem pretendit. Unde ad modum armati militis pedes et brachia extendentis disponitur in signo thauri. Orion maxime fulget et ab ariete usque ad geminos se extendit et totam illam trium signorum faciem scilicet arietis thauri et geminorum sua pulchritudine reddit clariores. Exoritur autem hyemali tempore et aquas et tempestates excitat. Et est notabile quod orion in ortu suo tempestatem significat sed postea serenitatem. Unde etiam Marcus Celsus dicit. Splendor orionis est signum future serenitatis et e converso eius obscuritas future est presagium tempestatis. Item sole existente in signis orionis, scilicet in thauri et geminis omnia oriuntur et germinant que nutrimentum recipiunt ex aquis et aere ut idem Marcus dicit. ¶ Et operatur etiam orion ad terre fecunditatem. ¶ Item constellationem orionis sequitur quedam stella que canis dicitur que ab astrologis maliuola et nociva iudicatur sed non est hec stella ille canis siue canicula que oritur sole in leone existente a qua denominantur dies caniculares. sed est alta stella de complexione martis. Est ergo duplex canis celestis, scilicet canis qui lucet ad pedes orionis: et alius qui lucet ad pedes geminorum. Et iste canis siue canicula (ut dicit Albumazar) oritur in xxix. gradu cancri. In cuius ortu fit magna turbatio in aere. Et quando oritur cum sole, id est quando occultatur sub radio solis in estate tunc sunt dies calidissimi qui dicuntur caniculares: quia tunc est quadruplex causa caloris. ¶ Prima quia sol est in domo prima, scilicet in leone. ¶ Secunda causa est directio oppositio solis ad habitabilem terram nostram. ¶ Tertia est ex reflexione circuli quia diu radii morantur circa eundem locum circuli signorum. ¶ Quarta est ex coniunctione duarum stellarum calidarum unde talibus diebus sanguinem minuere


vel medicinam accipere est valde periculosum propter excessum distemperantie aeris in calore. Unde Hippocrates dicit in amphorisis quod ante canem et sub cane et post canem molesse sunt purgationes et pharmacie. ¶ Et ibi dicitur in commento quod ante ortum et in ortu et post ortum illius statim dare medicinam laxiuam periculosum est. quia tunc est aer calidus et siccus, scilicet a calido signo et calida stella, scilicet sole in leone cum canicula existente. Unde ex modica medicina corpus fieret nimis calidum et siccum et febris forsitan sequeretur. Ad medicinam enim euaporaret et minus operaretur cum corporis pori tunc ex calore aeris sunt aperti. Dicit enim ibidem Galienus quod calor extraneus extrahit vires medicine. Unde aqua calida repugnat soloni si calor aeris tunc est fortis. ¶ Prima virtus interior tunc est debilior et per positionem vel minutionem plus debilitatur. ¶ Hyades autem sunt quedam stelle pluuiales que oriuntur in vere in quorum ortu oriuntur pluuie eo quod vapores amari et a terra per calorem solaris violentiam fortius ad superiora trahuntur: qui motu hyadum reuoluuntur in pluuiam. Unde dicuntur hyades ab ydo quod est pluuia ut aqua (ut dicit Gregorius). ¶ Sunt autem stelle (ut dicit Marcus Celsus) site in fronte thauri et oriuntur in xvi. gradu thauri. Et tunc crescunt dies et sol incipit esse feruentior: et fruges uberius crescunt quia a pluuiis irrigantur. ¶ Habet etiam constellatio hyadum stellas plures et clarissimas aspectui nostro: et etiam ordinatas per girum. ¶ Pleiades autem a pluralitate sunt dicte. ¶ Est etiam constellatio vii. stellarum que etiam Virgilio dicitur que inter genua thauri site et vicine sibi sunt et diuise. ¶ Oriuntur autem pleiades vernali tempore et quanto aura serenior est et frigidior tanto ab alijs stellis melius discernuntur. ¶ Una autem ex vii. illis pleiadum quasi latere videtur: itaque nec ex toto se occultat nec ex toto se manifestat.

## Sermo duodecimus.

**C**um autem sol per pleyades iter facit aeris caliditas vernalibus pluuijs temperatur: et terra tunc temporis floribus adornatur. **E**st etiam alia stella nota nautis et nominata plurimum: que dicitur tramnotana siue stella maris: q̄ licet quo ad aspectum nostrum videatur parua in se: tamen est valde magna. **E**t licet ista stella a loco suo moueri non videat: tamen in sphere circulo circulariter circūuoluit: sed q̄ circulū h̄z breuissimum quasi non moueri videtur. **I**psa quoq̄ ē medijs totius celi ostensiuā. Et ad eā astrologi potissime aspiciūt: q̄ per eius situm discernuntur aliorum siderum et celestium circuloꝝ termini et situs. **I**tem illa stella p̄ girū arcturi sibi propinqui ab alijs stellis est distincta: a cuius vicinitate polus arcticus est vocata vt dicit beda. **A**nde etiā ipsa ē axis celi ex vna parte receptiuā siue terminatiuā: axis enim vocatur linea quedam imaginatiuā que ab alio polo antarctico vsq̄ ad istum polum arcticum recto dyamet̄ro a puncto vsq̄ ad punctum esset tracta. **V**ocatur autem stella maris: eo q̄ ipsa est nauigatiū directiuā. **H**āc propter situs sui immobilitatem homines ad ipsam aspicientes maxime certificat. **A**nde ipsa vocat̄ polus: q̄ semper nobis pollet: et nunq̄ occidit sed semper nos respicit. **A**nde polus a pollēdo est dictus quia continue mūdo pollet. **E**st etiam in celo quidam stellarum circulus famosus qui dicitur galaxia. qui secundum aristotele nihil est aliud q̄ multe stelle parue quasi continue in illo loco orbis: in quibus diffunditur lumen solis: et iō videtur quasi circulus albescens quasi fumus ignis. **A**nde et via lactea antiquis est dicta: siue circulus lacteus. **I**gnis enim qui est iuxta orbem ē de natura lucidi: licet non luceat: et est perspicuus et rarus. Et ideo cum sit rarus et perspicuus non impedit visus nostros a consecutione claritatis illius q̄ clare venit per ignem. Sicut et

immutatio facta ab alijs stellis.

**S**unt etiam inter eos quedam magne stelle intermixte: que distincte videntur. **A**nde cum lumine illarū stellarum cum lumine in eis diffusio procedit ex illo loco orbis inflammante et igniente sine obstaculo videtur lumen ob longum. ille autem stelle fixe sunt in orbe et suscipiunt splendorem a sole. et insuper lumen earum diffunditur in se et ab vna ad alteram diffusum cōtinuatur. **E**t hec est causa: quare galaxia videtur in loco vno orbis octauī. non recedens ab eo precipue q̄ in eisdem imaginibus semper videtur. **V**enit enim a partibus geminorum et regirat per principium sagittarij i geminos. **A**nde licet giret spacium sicut et cetera stelle fixe: non tamen imutat imagines zodiaci. **P**atet ergo q̄ causa efficiens galaxie in parte sunt stelle parue multe que sūt in illo loco orbis habentes insertas quasdam alias magnas distinctas: et ille diffundunt lumen suum super spacium in illa parte orbis. **E**t alia pars cause efficientis est radius solis coincidens illis stellis quasi triguis. **C**ausa autē materialis q̄ ē subiectū ē illa pars orbis q̄ spissior ē alia pte orbis: et iō retinēs et representās lumē solis et stellarum: et terminans vsus n̄ros p̄ eūdē motū quo stelle retinēt lumen et representant et visum terminant. **E**t huius signum est quia cōpertum est per astronomiam q̄ circulus galaxie mouetur motu stellarū fixarum: hoc est in centum annis gradu vno. **E**t ideo oportet q̄ sit de natura stellarum fixarum. **E**t hec est sententia aristo. ptholo. et auicēne. **P**tholomeus t̄m in almageste. li. viij. ca. ij. dicit q̄ circulus qui dicitur galaxia: duplex est vnus quasi intra alius et ille qui est intra cōtinuus videtur incipiēs a pedibus geminorum et regirans in geminos per principium sagittarij. **E**t alter est supra illum nō vbiq̄ cōiunctus ei sed in aliq̄b̄ p̄tib̄ iunctus in aliquibus distinctus ab eo. **E**t iterum



ille exterior circulus nō videt oīo cōtinuus a puncto aliquo ad pūctū idē s; in multis locis videt quasi intrinsecus. ¶ Secūdo agitur de locatiōe stellarū qz posuit eas i firmamēto. ¶ De stellis fixis consentiunt cōiter phi q sunt in firmamēto. i. in octaua sphaera que dicitur celum sydereū. sed stelle erratice. i. planete dicuntur posite i firmamento. s. q̄tum ad apparentiam sensus: licet aliter sit scdm veritatem: qz quilibet planeta hz orbē suū. i. celū vt supra ostēsus est. qui tñ celi nō terminant visum nrm qz transparentes sunt et rari. ¶ Tertio ponitur rō productionis et locatiōis triplex. ¶ Prima ē ppter illuminationem. s. vt luce rent sup̄r terram. Et hoc fuit necessarium propter tria. Primo ad rerū gnationē: qz x̄t<sup>o</sup> celi (sine q̄ nō ē gnatio) mediāte luce deuenit ad inferiora. Unde diony. dicit. iij. cap. de diuinis noibus q lux omnib<sup>9</sup> corpib<sup>9</sup> generationem confert. ¶ Secundo ppter sensus cognitionē. s. quo ad visum: qz sine luce non immutatur a visibili. Et ideo sine luce homo careret visibiliū scientia. ¶ Tertio ppter opationem Jo. xi. Venit nox qñ nemo pōt opari s. propter lucis carentiaz. ¶ Secūda rō productionis luminariūz ponit ppter plationem. s. vt p̄esset diei ac nocti. Diei autem p̄est sol qz de die nobis apparet: et sua p̄sentia nobis diem facit. Nocte autē dicuntur p̄esse stelle. s. qz de nocte apparent. De die enīz (licet sint in celo) tamen non apparēt in p̄sentia maioris luminis. s. solaris. ¶ Tertia ratio ponitur propter distinctionem. s. vt diuiderent lucem z̄c. Licet enim prima die facta fuerit distinctio lucis a tenebris. s. secunduz distinctionem continue noctis z diei: tamen q̄tum ad hoc q lux diurna solis calidior ē q lux nocturna stellarū: vel secundum alios speciales effect<sup>9</sup> luminariū qui alij sunt in nocte q̄ in die. Distinctio lucis diurne a tenebris nocturnis dicitur facta quarta

die. ¶ Quarto ponitur productozum approbatio quia vidit deus q̄ esset bonus. i. sicut sibi placuit vt fieret ita visum est ei bonum q̄ factum permaneret. ¶ Quinto ponitur temporis ordinatio. quia factū est vespere et mane. i. nox z dies artificialis dies quartus. i. naturalis. ¶ Dies autem naturalis. xiiij. horas habet. s. diurnas z nocturnas: sed artificialis habet. xij. tātū s̄m illud Jo. xi. Nonne. xij. hore sunt diei. Sed obicitur contra hoc qz hoc. s. q̄ dies artificialis habeat tātū xij. horas nō ē verū nisi in eq̄noctio: qñ dies equales sunt noctib<sup>9</sup>: tūc em̄ tā dies q̄ nox hz. xij. horas: alias nō. ¶ Sed dicendum q̄ oī tēpore ē veruz q̄ dies artificialis est. xij. horarū. ¶ Itā hore huiusmodi distinguntur duplici. ¶ Quedam em̄ equales: quedam in equales. Equales quidē distinguntur s̄m circulū eq̄noctialis: z s̄m hoc nō omnes dies hnt. xij. horas: sed aliqui plures: aliqui pauciores: nisi tantuz in equinoctio. Inequales autē distinguntur s̄m ascensionem zodiaci ppter ei<sup>9</sup> obliquitatem: qz non equaliter ascendit zodiac<sup>9</sup> i oibus partib<sup>9</sup> suis. Eq̄noctialis autem equaliter: et de istis horis inequalibus quilibet dies artificialis habet. xij. horas: qz qualibz die ascendūt sex signa de die: et sex de nocte: sed illa que ascendunt in estate sunt tardioris motus q̄ illa que ascendunt in hyeme. ¶ Ascensus autem cuiuslibet facit duas horas. ¶ Allegorice autem stelle que omnes habent lumen a sole significant sanctos noui testamenti: et precipue doctores ecclesie qui omnes illuminati sunt a x̄po Danielis xij. ¶ Qui ad iustiaz erudiunt plurimos erunt sicut stelle z̄c. Et he posite sunt in firmamento scilicet in celo per amorem et conuersationis altitudinem secūdu illud. Itā cōuersatio in celis ē. Vel i firmamento. i. in firma fide. Iste stelle illuminauerūt terrā. i. ecclesiaz sicut doctores z p̄fuerunt diei et nocti. i. fidelibus e. iij.



## Sermo .xiii.

bonis et malis sicut pastores et pontifices. Et diuiserunt lucem a tenebris id est fideles ab infidelibus segregauerunt: et isti fuerunt in quarta die id est in quarto statu siue tempore. ¶ Prima dies fuit status innocentie. ¶ Secunda legis nature post lapsum. ¶ Tertia tempus legis moysayce. ¶ Quarta repositio legis euangelice. ¶ Moraliter autem nos debemus imitari stellas id est viros virtuosos quo ad quatuor que sunt in stellis. ¶ Primo ad stellarum naturam. Nam stelle secundum suam naturam sunt pure: sunt alte: sunt spherice. Sic nos debemus esse puri per continentiam: alti per contemplationis eminentiam: spherici. id est bene mobiles per obedientiam. ¶ Secundo que ad stellarum permanentiam: quia stelle sunt incorruptibiles: infatigabiles: ineclipsabiles. ¶ Sic nos debemus esse incorruptibiles per tolerantiam: infatigabiles per constantiam: ineclipsabiles per perseuerantiam. ¶ Tertio quo ad apparentiam: quia stelle sunt aspectu parue sunt pulchre: sunt proxime. ¶ Sic nos debemus esse parui per humilitatem: pulchri per honestatem: proximi per caritatem. ¶ Quarto quo ad influentiam: quia stelle sunt virtuose: operose: lumineuse. ¶ Sic nos debemus esse virtuosissimi per gratiam: ecclesiasticum. xliiij. homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. ¶ Item operosi per iusticiam. heb. xi. operati sunt iusticiam. ¶ Item luminosi per doctrinam. baruc. iij. Stelle dederunt lumen in custodijs suis. ¶ Istud lumen sacre doctrine dirigit in viam iustitie et perducit ad claritatem glorie. Ad quam nos perducatur etc.

¶ Sermo. xiiij. de opere quinte diei.

**C**reuit etiam deus producant aque reptile anime viuētis et volatile super terram sub firmamento celi. Creauitque deus cete grandia et omnem animas

viuentem atque motabilem quam produxerunt aque in species suas. Et omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum. Et benedixit eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. Quaeque multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane dies quintus. ¶ Postquam supra ostensum est quomodo per allegoriam christi incarnatio et ecclesie sue inchoatio per figurata fuit in productione luminarium. Hunc ostendendum est quomodo per figurata fuit ipsius incarnatio in productione natabiliu et volatiliu ex aqua que pertinet ad opus ante diei. ¶ Sed primo quantum ad litteram moyses describit quinq. Nam primo permittit diuinam iussione quia dicit etiam deus. ¶ Secundo adiungit natabiliu et volatiliu productionem: quia creauit deus cete. etc. ¶ Tertio subinfert productionis approbationem. ¶ Et vidit deus quod esset bonum. ¶ Quarto datur virtus ad multiplicationem: quia benedixit eis dicens crescite. etc. ¶ Quinto vero addit temporis determinationem: quia factum est vespere et mane etc. ¶ Premittitur ergo verbum die iussionis quia deus producat aqua etc. Ubi attendenda tria. Nam prima datur elemento. id est aque virtus producendi cum dicitur producant aque. Et secundum opinionem aug. data est hec quinta die aquis tantum virtualiter producendi: et non ut tunc actualiter produceret pisces et aues: sed secundum alios doctores data est aque virtus ut statim actualiter produceret. ¶ Et ideo non debet possit produceret sed dicit producat terra. Et statim post ea etiam sequitur. ¶ Creauit deus cete. etc. ¶ Sed queritur hic quare magis dicit producat aqua quam producat terra. etc. Cum pisces et aues non tantum producantur ex aqua: sed in earum compositione videatur magis dominari terra: quia corpora eorum naturaliter mouentur in terra. unde et in terra quiescunt. ¶ Ad quod dicendum quod corpora auium et piscium potest dupliciter considerari. Uno modo secundum se et sic necesse est quod in eis magis

gnū terreſtre elemētū magis dñetur: qz ad hoc vt cōtemperatio mixtionis fiat in corpe aīalis: necesse est vt quo ad hoc habūdet in eo elementū qđ est min⁹ actiuū scilicet terra: sed si considerantur corpora aīaliū prout nata sunt moueri talibus motibus scilicet natando in aqua et volando in aere. Et sic habent affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouētur scilicet cum aqua et aere. ¶ Et sic de scribitur eorum generatio: et ideo attribuitur aque quia in aqua pisces ⁊ etiam quedam volatilia mouentur vt vt anates et merguli et alie aues aquaticae: nec obstat qđ non fit expressio de aere in quo aues volant: quia intelligitur cum aqua. Nam quia aer insensibilis est: non per seipsum commemoratur: sed cum alijs. partiz quidem cum aqua quantum ad inferiorē partem que exalationib⁹ ingrosatur: partim etiam cum celo quātū ad superiorē partem. Aues autem motum habēt in inferiori parte que cū aqua adunatur ⁊ ideo etiam auiū generatio aque attribuitur. ¶ Secūdo determinatur effect⁹ producend⁹ cum subditur reptile anime viuētis ⁊c. Ubi moyses pisces reptilia vocauit: quia impetu quodam totos se rapiunt in aqua vt serpentes in terra qđ non feruntur pedibus vt fere. ¶ Unde ps. Hoc mare magnum et spaciosum: illic reptilia quorum non est numerus. Et volatile super terram. Ex isto verbo dicitur errasse plato qui (sicut magister i historijs scolasticis refert) descendens in egyptum libros moysi legit ⁊ putauit moysen sensisse volatilia esse ornatua aeris tantū circa terram existentis. ¶ Ornatum vero aeris superioris dicit esse calo demones id est bonos angelos et calco demones id est malos spirit⁹ quos apuleius platonius (vt refert augustinus) dicit animalia eē corporea aerea mente rationalia anima passiva ⁊ tempore eterna. ¶ Sed ecclesia

fideliū tenet communiter bonos angelos i empyreo esse: et quosdam etiam esse ad custodiam hominū deputatos vsqz ad diem iudicij scilicet angelos infimi ordinis. ¶ De demonib⁹ autē siue malis spiritibus quosdam esse in inferno ad torquendū eos quos ad peccandum induxerunt. ¶ Et quosdam esse in hoc aere caliginoso scilicet ad pugnandum et exercitandum homines scilicet vsqz ad diem iudicij qui tamē non sūt animalia corporea. (vt dicūt platonici) sed spirit⁹ incorporei nisi interdū ad temp⁹ ex ipso aere corpora sibi formēt: in quib⁹ hominib⁹ appareant. Necqz etiam sūt i aere ad ipsi⁹ aeris ornamentū (vt plato credidit) sed poti⁹ ad hominū exercitiū: et etiam ad suū tormentū. ¶ Et propter hoc aug. dicit tertio super gen. ad litteram qđ aer caliginos⁹ est quasi carcer demonū vsqz ad temp⁹ iudicij: sed post diez iudicij omnes mali tam homines qđ angeli in inferno erunt: boni vero in celo. ¶ Tertio determinatur habitationis et mansionis eorum locus scilicet sub firmamento ceeli: siue enim intelligatur firmamentū ipsū celū sydereum: siue superior regio aeris a nubibus supra elementum est aque in qua mouentur et morantur pisces. Et etiam inferior pars aeris in qua volando eleuantur volucres sub firmamento est. ¶ Unde ⁊ alia translatio habet secus firmamentum id est secus regionem superiorē aeris ad quam non eleuantur aues. ¶ Secundo ponitur natabilium ⁊ volatiliū productio cum dicitur. Creauit deus cete et cetera. In quo ostendit qđ a maximis vsqz ad minima creauit deus omnia aque animantia. ¶ Creauit igitur deus id est plasmauit cete grandia. ¶ Cete neutri generis et indeclinabile quous etiam declinetur hic cetus ceti. Cete dicitur esse idem qđ balena: quous isidorus videatur differentiam ponere quia balena (vt dicit) emittit

## Sermo .xlii

aquam: non autem cete. Dicit autem de cete ambrosius q̄ non parit oua sicut multi alij pisces: sed parit viuos fetus quos quidem postq̄ peperit secum tenet et ducit. ¶ Et statim cum aliquid quod possit illis esse nocuum vel terribile superuenire sentit eos in ventrem suum recipit et abscondit quousq̄ iam securos viuos et incolumes euomit. ¶ Item sicut dicit iorath si eos ab arenarum cumulis impediri contigerit: dum eos per mare ducit tunc cete siue balena aque multitudinem in ore colligit: et super eos effundit et sic eos a periculo liberans ad pelagus reducit: et contra omnia pericula se pro eis exponit: et semper eos inter se et mare in loco tutiori ponit. ¶ Itē dum crocodillus pugnat contra cetum fugiunt pisces ad caudam ceti: et ipse pugnat pro eis: et si videat crocodillus q̄ vincere non possit: fetorem fedissimum in aquam mittit. ¶ Sed econtra cetus odorifero fumo ex ore emisso fetidum illum pudorem expellit. Est autem cete siue balena tante pinguedinis: q̄ quando percutitur vulnus non sentit: nisi pinguedo eius perforata totaliter fuerit. ¶ Sed quando eius caro interior leditur facile capitur: quia amaritudinem aque non sustinens litus petit vel moritur cito. ¶ Item (sicut dicit iorath in libro suo de animalibus) quando cete siue balena senuerit propter magnitudinem corporis adunatur puluis in dorso eius et condensatur instatum q̄ herbe et fructifices ibi crescunt: ita vt in sile similes videatur: ad quem si nauigantes incaute appropinquant: sine periculo vix euadunt. Nam aqua in tanta quantitate eiicit ex ore super nauem q̄ aliquando eam subuertit. ¶ Item (dicit iorath) q̄ cete habundat in spermate et post coitum quod superfluit superrenatat et collectum desiccatur: et in ambre substantiam vertitur. Facit autem diuina scriptura

mentionem specialiter de cete quia sunt maioris magnitudinis q̄ alij pisces qui inueniantur in mari. Unde signanter dicit cete grandia. Sed ne credatur q̄ alij pisces minores vel quecumq̄ animalia in aquis manentia non sint creati a deo subditur.

Et omnem animam viuentem atq̄ motabilem. ¶ Accipitur hic anima pro toto animali. Unde dicit omnem animam id est omne q̄ habet animā. Et de piscibus quidem q̄ habent animam patet ex motu et sensu. Mouentur enim a seipsis ad omnem partem natando. ¶ Sunt etiam in piscibus sensus tam exteriores q̄ interiores. Nam sensus tactus omne animal habet etiam gustum. ¶ Sed non omnia habent odoratum vel visum: sed pisces odoratum habent vt experimento patet. Dicit enim iorath in libro supradicto q̄ est belua quedam de faucibus suis aquam expirans cum vapore odore pleno. Unde pisces sequuntur ipsum odorem sentientes et intrant odoris gratia in fauces eius qui ipsos protinus deglutit. De visu autem non est dubium cum oculos habeant perfectos et apertos. ¶ Habent etiam sensus interiores et non solum fantasiam sed etiam memoriam vt refert augustinus experimento probatum esse.

¶ Est enim fontem esse in bulliensione plenum piscibus qui cum hominibus supergradientibus gradatim natando eunt et redeunt et stant cum stantibus expectantes vt eis aliquid iaciant quia sic consueuerunt. ¶ Addit autem animam viuentem id est animal viuens. ¶ Quedam enim sunt in aquis que non videntur moueri de loco ad locum sicut ostrea conchis inclusa. Unde non est ita manifestum an habeant animam sicut de piscibus: sed tamen quia apparent in eis aliqua opera vite scilicet quia nutriuntur. Unde et se aperiuunt ad suscipiendum nutrimentum vel rosis

vel alterius rei: et postea se claudunt manifestum est q̄ habēt animam viuentem. Unde etiam refert ambrosius q̄ cācer volens comedere ostrea cum propter duas testas quibus clauduntur non valeat: obseruat tempus quando scilicet ostrea radijs solis se aperiant tempore scilicet quieto a ventis. Tunc enim ros cadit et tunc vt ostrea recludi non possint clancullo lapillum accipit et latenter immitit post quod secure immisis chelis id est brachijs ipsa diripit et comedit. Unde quia in ostreis apparent opera vite manifestum est q̄ habēt animam viuentem. Sed addit scriptura atq̄ motabilem. Notabiles enim dicuntur anime piscium et auium respectu anime hominum: quia ille mouentur de esse ad non esse: sed anima hominis non quia perpetua est. Dicitur ergo animal motabile creatum: quia creatum est sic vt moueatur de vita ad mortem quod non est homo qui creatus est vt non moueretur si vellet. Illa autem creata sunt vt vel in esum cedant alijs vel senio deficiant. ¶ Sequitur quam produxerunt aque in species suas.

¶ Sed contra hoc obijcitur quare illud aque producant ad cuius productionem sufficit virtus aque: sed virtus aque non sufficit ad productionem omnium piscium et auium cum videmus plura eorum ex semine generari: ergo non videtur conuenienter dictum: q̄ omnem animam viuentem id est omne animal viuens in aquis et motabile et omne volatile et cetera produxerunt aque.

¶ Ad quod dicendum q̄ Quicerna posuit omnia animalia posse generari ex aliquali elemētorum commixtione absq̄ semine: etiam per viam nature: sed hoc videtur inconueniens: quia natura determinatis medijs procedit ad suos effectus. Unde illa que generantur naturaliter ex semine non possunt naturaliter generari

sine semine. ¶ Et ideo dicendum est aliter q̄ in naturali generatione animalium principium actiuum est virtus formatiua in his que ex semine generantur loco cuius virtutis in his que ex putrefactione generantur est virtus celestis corporis.

¶ Materiale autem principium in vtrorumq̄ animalium generatione est aliquod elementum vel elementatum. In prima autem rerum institutione fuit principium actiuū verbum dei quod produxit animalia: vel in actu secundum alios sanctos: vel virtute secundum augustinum. non q̄ terra vel aqua habeat in se virtutem producendi omnia animalia vt Quicerna posuit. Sed quia hoc ipsum quod ex materia elementari virtute seminis vel stellarum possunt animalia produci est ex virtute primitus elementis data. ¶ Sed ideo q̄ subditur in species suas ostenduntur ex aquis varie species piscium siue aquaticorum animalium. Unde etiam plinius dicit q̄ piscium species sunt. lxxiiij. preter illa animalia aquatica que sunt crustis intecta quorum species sunt. xxx.

¶ Sed ambrosius in exameron dicit q̄ plura sunt in mari genera piscium q̄ in terra sunt animalium: sed plinius forte loquitur de notis et nominatis a nobis. Inuenitur autem inter piscium species differentia quo ad plura. Primo quidē quo ad nomina q̄ quibusdam piscibus imposita sunt nomina. Hanc vituli et leones marini. ¶ Quidam vero pisces nomina suscipiunt ex terrestrium animalium moribus vt lupi et canes marini. ¶ Quidam quoq̄ nominantur ex coloribus sicut vmbre et aurate. Et quidam nominantur ex figurarum dimensionibus sicut orbis quia rotundus.

¶ Quidam vero ex feribus vt masculus eo q̄ balene sit masculus.

¶ Secundo differunt pisces quo ad figurarum liniamenta: q̄ aliqui sunt rotundi vt orbis. ¶ Alij longi

vt murena et conger. ¶ Alij plani vt rubi, solee et passerres. ¶ Tertio differunt quo ad tegumenta. ¶ Quia quedam aquatica animalia sunt corio et pilis cooperta vt vituli et p̄potani. ¶ Quedam corio vt delphini. ¶ Quedam cortice vt testitudines. ¶ Quedam silicū duricia vt conche et ostrea. ¶ Quedam crustis vt locuste. Quedam crustis et spinis vt echini. ¶ Quedam squammis vt pisces. ¶ Quedam aspera cute vt squamma qua ligna poliuntur et eboza. ¶ Quedam vero molli vt polipes. ¶ Et iter predictos pisces illi qui sunt sine sanguine diuiduntur in tria genera. ¶ Et primum est eorum que appellantur mollia. ¶ Secundum eorum que sunt crustis tenuibus contexta. ¶ Tertium eorum que sunt duris testis inclusa. ¶ Mollia sunt loligo sepie et polipi et huiusmodi. ¶ Et hec habent caput inter pedes et ventrem et habent. viij. pedes quorum in sepia et loligine duo sunt longi et asperi quibus adducunt cibum ad os et quibus in fluctibus se velut anchoris stabiliunt. ¶ Quarto differunt quod ad nutrimenta quia quedam pascuntur herbis aut minutis vermibus. ¶ Et alia se iuicem deuorant. ¶ Quinto differunt quod ad motum quia quedam reptant in aquis et quedam ambulandi in terris et natandi in aquis officium habent. ¶ Sexto differunt quod ad generationis modum quia quidam pisces oua generant vt truete. ¶ Et quidam fetus viuos emittunt vt mustelle canicule, cethe, delphini, et foca et huiusmodi. ¶ Septimo differunt quod ad pinulas que sunt date eis loco pedum. Nam quidam habent quaternas alulas pamarum. Quidam vero ternas, quidam binas et quidam nullas. ¶ Et omne volatile secundum genus suum. ¶ Sed contra obicitur quod sicut pisces habent motum in aquis sic volatilia. i. aues habent motum in aere. Si ergo pisces ex aquis sunt p̄-

ducti non debuerunt aues ex aquis produci sed potius ex aere. ¶ Sed ad hoc dicendum est aues mouentur in inferiori parte aeris que cum aqua adunatur quia illa pars aeris aque exalationibus ingrossatur. Et ideo productio auium aque attribuitur sed in eo quod addit. ¶ Secundum genus suum dat intelligere quod plura sunt genera volatiliū multipliciter ad inuicem differentia. ¶ Et primo quod ad generationis modum. Nam quedam sunt infecunda sicut illa que habent unguis adunatos. ¶ Quedam vero sunt fecunda qui plurimos pariunt vt galine et perdices. Et earum que fecunda sunt et generant. Solus vespertilio animal parit et lacte nutrit vbera adinuens. Reliqua vero volatilia. i. aues ex ouis generant sed inter oua differentia est quia quarundam auium oua sunt candida vt columbe et perdices. ¶ Quarundam vero pallida vt auium aquaticarum. ¶ Quarundam vero punctis distincta vt melagridarum. ¶ Quarundam vero oua sunt rubei coloris vt fasianorum. Intus autem omne ouum auium bicolor est. Piscium autem unicolor in quo nichil est candidum. ¶ Secundo differunt quod ad cibum quia quedam aues carnibus pascuntur quedam vero semine reperiunt. Et quedam cibo diuerso et fortuito vescuntur. ¶ Tertio differunt quod ad consortium quia aliquae carent societate vt aquile et aues prede quia refugit auaricia plurimorum consortia. ¶ Quedam vero societatem diligunt vt columbe, grues et huiusmodi. ¶ Quarto differunt quod ad locum quia quedam semper manent in locis quedam vero sunt auenticie quod abeunt ad regiones alias et pacto hinc reuertuntur. Item quedam habitant in locis solitariis et desertis. Et quedam in hominum domiciliis. Unde etiam quedam sunt domestica que ad manum redeunt et mense domini sui assue-

scunt et mulcentur tactu. Alie vero hoc formidant et fugiunt. ¶ Quinto differunt quatum ad cantum quia quedam vocibus instrepunt. Et quedam canora et suavi modulatioe delectant. ¶ Quedam vero ex instructioe. ¶ Et quedam ex natura diuersarum volucrum obloquuntur modulamina. ¶ Sexto differunt quatum ad sensum quia quedam aues sunt simplices vt colube quedam vero astute vt perdices. ¶ Septimo differunt quatum ad aspectum quedam enim sunt speciose in penes vt pavones. Quedam iactantiores vt galli. ¶ Octauo differunt quatum ad motum quia quedam ambulat vt cornices quedam saltant vt passeret quedam currunt vt perdices. Quedam ante se pedes iaciunt vt cyconie et grues. Et quedam etiam sine voce non volant. Et quedam in volatu silent. Et quedam sunt que communiter in regionibus diuersis inueniuntur. Et quedam in quibusdam locis nunquam sunt. Omnia igitur volatilium siue auium genera virtute dei sunt producta ex aqua. ¶ Tertio ponitur productiois approbatio quia vidit deus quod esset bonum. ¶ Abi notandum quod sola dei visio habet bonitatem rei iudicium perfectum. hominum autem visio non tantum corporalis sed etiam spiritalis deficit a vero iudicio propter tria. ¶ Primo quia deus videt totum quod est non tantum extra sed etiam intra homo autem solum extra. Multa ei alia videntur extra quam sint intra. ¶ Hinc quedam extra videntur utilia que intus sunt inutilia sicut nuges seu poma que nascuntur super locum sodomorum que extra sunt grossa et plena ita vt ad comedendum merito credantur utilia sed fracta vel diuisa inueniuntur intus plena cinere et fauilla ita vt esui in nullo sint utilia. Et quedam ab extra videntur pulchra que intus sunt fetore plena sicut sepulchra dealbata que extra apparent speciosa et intus continent fetida cadavera. Sic est corpus cuiuscumque

quod mulieris vel viri speciosi sicut dicit boetius dealipyade dixisse aristo. qui fuit homo pulcherrimus. quia si homo habuisset oculos leonis vt potuisset prospicere quid erat interius in visceribus eius. scilicet que erant plena fecibus. certe illud pulcherrimum corpus eius sibi fuisset abominabile et fetidum ad aspiciendum. Sic hypocrita ab extra videtur bonus et intus est malus. Unde homines iudicando falluntur non autem deus. Quia homines solum vident que foris patent. Deus autem inuicetur etiam cor interius sicut dicitur. i. ro. ¶ Item quia deus videt totum simul. id est omnes conditiones rei conuenit autem secundum unam conditionem iudicari bonum quod secundum aliam non est bonum sicut cibus calide complexionis est bonus et qui habet stomachum debilem et frigidum. Sed tamen si idem homo habeat epar calidum quatum ad hoc erit ei nocuum sicut accidit in ydropico tympanico. ¶ Et ideo docet suicensa quod deus ei cibus conferens stomacho. scilicet calide complexionis sed ne incendatur epar apponantur extra super epar egypti mata frigida. ¶ Videmus etiam quod illud idem quod vni est utile alteri est nocuum sicut amigdala viridia stomachum hominis confortant sed vulpi essent venenum. ¶ Homo igitur qui non videt omnes conditiones rei nec eas simul considerat nec iudicat de re nisi secundum illam conditionem quam videt frequenter in iudicio suo errat. ¶ Sed deus qui omnes rei conditiones simul intuetur et videt errare non potest. Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius vt habetur heb. ¶ Item quis dei visio includit omne tempus. scilicet quia vno intuitu videt preterita presentia et futura et omnia sunt sibi vt presentia. ¶ Quedam autem secundum unum tempus iudicantur bona que secundum aliud sunt mala. Unde homo cuius cognitio est cum continuo tempore et qui iudicat de preterito vel presenti et est de futuris ignarus non potest da

## Sermo .xlii

re certum iudicium de bonitate rei  
sed solus deus. Unde apostolus mo-  
net. I. cor. 4. Nolite ante tempus iudica-  
re quousque veniat dominus etc. Vidit igitur  
deus. i. approbavit et sibi placuit quod  
istud opus. s. piscium et avium fieret in  
tempore et iterum quod esset bonum ipsum sic  
factus permanere. Quarto datur na-  
ture a deo virtus multiplicandi huiusmodi  
animalia primitus instituta cum dicitur quod benedi-  
xit eis. s. piscibus dicens. Crescite per  
propagationem. Et multiplicamini per  
naturalis generationem. Et replete aquas  
maris ad eius orationem. Et in aquis  
intelligitur omnis aqua siue dulcis siue sal-  
sa: quia omnis aqua aliquo modo continuatur  
ad mare. ut supra ostensum fuit. Sunt  
enim quidam pisces in solo mari viven-  
tes. Alii vero sunt in stagnis tantum  
et fluminibus commorantes. Et alii nunc in  
aquis dulcibus commanentes. Pisces  
autem a mari ad aquas dulciores egre-  
dientes in earum dulcedine delectan-  
tur et impinguantur. Et similiter econtra-  
so. Unde tales nunc in aqua dulci. nunc  
in mari sunt commanentes: quia dum unum  
contrarium experitur magis in reliquo  
delectantur. Sunt quidam fluminales  
pisces sic allecti dulcibus aquis ut ma-  
ris amaritudinem non ferentes mox  
aquam salis gustantes subito moriun-  
tur. Item dicitur auicenna quod illi sunt opti-  
mi pisces qui morantur in aquis alti-  
ssimis propter quod de marinis illi sunt laudabi-  
liores qui non alibi quam in alto loco si-  
ue pelago commorantur. Item qui in aquis  
discoptis ubi pluviant libere ventis me-  
liores sunt aliis quam modo se habent  
et meliores sunt illi qui sunt in aquis  
fortissime agitatis. Nam meliores sunt  
pisces et magis conservantur in pelago  
aquilonari et orientali quam in australi:  
quia ex illorum ventorum impetuoso fla-  
tu aque amplius commovetur et melius  
depurantur propter quod pisces qui mo-  
rantur in eis magis a suis superfluis emun-  
dantur. Sequitur aves multiplicentur  
s. per generationem super terram. Quedam  
enim aves nidificant super terram. i.  
in aere. s. in arboribus vel edificijs et

quedam super terram. i. in superficie  
terre: quia faciunt nidos in terra pa-  
rum deserta. Et nota quod aves per ge-  
nerationem multiplicantur duplici-  
ter. Anomodo quia multiplicantur  
plura individua sub una specie simul  
actu existens. Aliomodo ut non sint  
plura actu simul sed solum per succes-  
sionem: sicut fenix que non invenitur  
nisi una sola simul. Sed tamen generatur  
fenix ex fenice: alio tamen modo quam  
alie aves generantur. Est enim fenix  
avis que secundum philosophum postquam  
cccc vel quingentis annis vixerit cum su-  
um fetum sentit. nidum ex lignis aro-  
maticis facit in tantum siccis: ut ven-  
to calido accendantur: qui visus accen-  
sis sponte nidum ingreditur: et inter  
ligna ardentia incineratur. Et ex ci-  
nere infra triduum quidam vermicu-  
lus nascitur qui paulatim plumas re-  
cipiens in volucrum transformatur.  
Est autem avis pulcherrima. Est  
enim ad modum aquile magna: cri-  
stato capite: circa collum fulgore au-  
reo: postera parte purpureo: preter  
caudam cuius nitor roseus ac cerule-  
us scribitur. Quinto ponitur deter-  
minatio temporis cum additur factum  
est vespere et mane dies quintus. Sed  
videtur quod piscium et avium produ-  
ctio non debuerit fieri quinto die: quia  
terrestria animalia avibus preferuntur  
quia habent membra magis distincta: et  
perfectiorem generationem: generant  
enim animalia. Preterea videtur non  
eadem die. s. quinta debuerint produci  
pisces et aves. Nam non minus di-  
stant pisces et volucres quam volucres  
et terrestria animalia. Sed alia dies assi-  
gnatur productioni volucrum: et alia pro-  
ductioni terrestrium animalium: ergo alius  
dies debuit deputari productioni pi-  
scium et alius volucrum productioni.  
Sed ad primum dicendum quod pro-  
ductio istorum animalium ordinatur  
secundum ordinem corporum que eis  
adornantur magis quam secundum pro-  
priam dignitatem. Ordo autem orna-  
tus istorum corporum cor respondet or-

dñi distinctionis eorum. Unde sicut  
 inter tres dies distinctiōi deputatos  
 Prima die fuit facta distinctio in cor-  
 pore supremo scilicet per lucis produ-  
 ctionem et media. i. secunda die fuit  
 facta distinctio corporis mediū scili-  
 cet aque per productionem firmamē-  
 ti quod diuidit aquas ab aquis. Et  
 tertia die distinctio infimi elemēti. i.  
 terre per hoc q̄ separata fuit ab aq̄s.  
 ita inter tres dies ornatus prima (q̄  
 est quarta dies) deputatur ad ornatū  
 supremi per productionem luminari-  
 um media vero. i. quinta ad ornatus  
 mediū corporis. s. aque per productio-  
 nem piscium et auium sed vltima. i.  
 vi. ad ornatum infimi elementi. i. ter-  
 re per productionem animalium ter-  
 restrium. ¶ Ad secundum dicens q̄  
 productio animalium recitatur secū-  
 dum q̄ sunt in ornatum partium mū-  
 di. Et ideo productio animalium di-  
 stinguatur vel diffinitur solum secun-  
 dum hanc solam cōueniētiam vel dif-  
 ferentiam que conueniunt vel diffe-  
 runt in ornando aliquā partē mundi.  
 Et idcirco pisces et volucres q̄ cōue-  
 niūt i ornādo mediū elemētū. s. aquā  
 qua aer adornatur quinta die produ-  
 cti dicuntur. ¶ Allegorice reptile ani-  
 me viuētis ex aqua productum. i. pi-  
 scis significat xpm cuius productio.  
 i. incarnatio fuit ex aqua. i. ex gratia  
 i. supra merita et supra nature legem  
 Unde ipse figuratus est in moyse qui  
 interpretatur assumptus de aqua qui  
 est prefiguratus in pisee thobie cuius  
 fellis. i. passionis amaritudo fugauit  
 cecitatem thobie. i. humane nature.  
 et piscis de quo tractus est didragma  
 i. precius nostre redemptionis. Item  
 etiam est piscis assus igne passionis  
 cibans nos se ipso in sacra cōmunio-  
 ne. Ipse quoq̄ fuit volatile super ter-  
 ram in arborem crucis ascendens. vñ  
 de assimilatur pellicano aut. Nam  
 pellicanus super filios suos a serpen-  
 te occisos percusso pectore proprio ad  
 eos viuificandos sanguinem fundit  
 qui fuso sanguine in tantum debilita-

tur q̄ pulli pro cibo exire coguntur.  
 Illos quoq̄ pullos qui naturali affe-  
 ctu ipsam auem matrem suam pascūt  
 postq̄ resumpsit vires tenerrime dili-  
 git et sollicitē nutrit. sed illos qui de  
 ipsa tanq̄ degeneres nullam gesse-  
 runt curam tanq̄ ingratos eicit et  
 secum viuere non permittit. ¶ Repre-  
 sentat ergo pellicanus christum qui  
 in psalmis ait factus sum sicut pelli-  
 cano solitudinis. Ipse enim homines  
 quos creauerat tanq̄ filios ad imagi-  
 nem et similitudinem suam a serpen-  
 te antiquo veneno peccati occisos vi-  
 uificauit. Unde gratos filios qui eū  
 in suis pauperibus nutriunt finali-  
 ter secum ad celestem hereditatem  
 admittet dicens. Venite benedicti pa-  
 tris mei etc. Ingratos enim et crude-  
 les excludet dicens. Ite maledicti etc.  
 Math. xxv. Ipse etiam in celum ascē-  
 dens factus est sicut passer solitari-  
 us in tecto. Et dicitur solitari⁹ quia  
 ipse solus virtute propria ascendit.  
 vñde Jo. tertio. Nemo ascendit in ce-  
 lum nisi qui descendit de celo fili⁹ ho-  
 minis qui est in celo. ¶ Moraliter au-  
 tem aqua est iusticia. Videmus enim  
 q̄ aque humor partes terre conglu-  
 tinat adinuicem et conglutinatas si-  
 mul continet ne sua siccitate soluan-  
 tur in pulueres. Et sic quelibet terra  
 et ciuitas per legum iusticiam conti-  
 netur et conseruatur ne per effrena-  
 ta maleficia communitas dissoluatur.  
 ¶ Aqua etiam sordes abluat quia  
 iusticia criminum labes abstergit.  
 ¶ Aqua etiam grauis est et mollis ta-  
 men impetuosa existit. Et sic iusticia  
 habet molliciem in compassione sed  
 impetuositatis violentiam in puni-  
 tione. Habet enim vir iustus mansue-  
 tudinem cum rigore mixtam. ¶ Item  
 aqua tria habet. Primum est quia ci-  
 bis et refectionibus deseruit. Nam ci-  
 bi in ea decoquuntur et pot⁹ cū ea tēpe-  
 rantur. ¶ Secundū ē qz in bonū liquo-  
 rem conuertit. Sicut humor aque in-  
 vite conuertitur in vinū. ¶ Tertium  
 est qz homines in nauiculas tanq̄ q̄



## Sermo xlii.

diuersas semitas ad diuersa loca deducit. Et hec tria facit iustitia. Nam p̄ eā esurientes z sitientes iusticiā reficiuntur: z mala p̄ eius correctionem in bona cōuertuntur: z p̄ eius semitas i. precepta homines ad vitā eternam deducuntur. Unde de his ps̄. ait super aquam refectiōis educauit me z animā meā cōuertit: deduxit me super semitas iusticie. zc. ¶ Ex hac aqua p̄ducuntur reptilia. i. pisces qui significant iustos: quia iusticia dicuntur iusti precipue actiui: qui a proximis conantur amouere mala: z facere eis bona que sūt iusticie opera. ¶ Ibi enī tāq̄ pisces sic viuunt z natant ī aquā q̄ non suffocantur in ea: qz tales viuūt ita in mūdo q̄ non corrumpuntur a mūdo velut etiam pisces qui non corrumpuntur sed seruant in aq̄ sicut sunt retores et iudices qui ita se tenent constanter ī iustitia: q̄ nec amore nec odio nec munere corrumpuntur. ¶ Sed homines qui sunt sine iustitia cito tales corrumpuntur velut pisces sine aqua. ¶ Sunt etiam velut reptilia siue pisces in mari natantes homines in aquis lacrimarum z in amaritudine p̄nie viuētes. Est enī velut aqua maris iustitia penitētis. ¶ Et notādum q̄ sicut dicit ambrosius in exameron ¶ Quedam reptilia seu animalia sūt que cōtrariam naturam vidētur h̄re in terra z in mari: q̄ tñ in hominibus cōueniūt z exemplificat p̄mo de leone. Nam leo cum sit terribilis in terris in mari tamen est dulcis. i. piscis leo: in quo significatur q̄ aqua maris i. iusticia p̄nie hominem immitem et ferocem transmutat: z cōuertit in dulcem. i. in mitem. Itē rana que (vt ambrosius dicit) horrens est in paludib⁹ in aquis tamē est decora z omnibus fere prestat alimentis. i. piscis rana. In quo significatur q̄ iustitia penitētis homines horredos z impios facit gratissimos: z p̄ alijs acceptos. Itē mustelle odor grauis in terris: suavis in aquis. In quo accipiunt q̄ fetētes per malā famā in aquis p̄nie

efficiuntur redolētes per bonā vitam. Itē lepus animal timidū in terris in mari est inforimidabile: sic lauacrū p̄nie pusillanimes z pauidos magnanimos facit z fortissimos. Itē lup⁹ in terris animal rapiēs: in aq̄s aures aial impotens: scilicet piscis lupus. Unde nescit hos lupos agn⁹ timere: sic per p̄nie iustitiam homines terribiles et rapaces efficiuntur benigni z misericordes. Itē porcus in terra est aial immundum: in mari vero est animal mundum. Unde porci marini (vt dicit ambrosius) etiam iudeis sūt grati: qui porcos terrestres nō comedunt. In quo significatur q̄ penitentie iustitia imundos purificat z b̄nos reddit z mundos. Itē coruus terrestris habz carnis duritiā: marinus vero coruus carnis teneritatem. In quo significatur q̄ mare p̄nie cor aridum z durum facit molle z deuotum z piū. de talib⁹ reptilib⁹ in mari natantib⁹. i. ī p̄niā viuētib⁹ b̄z ī ps̄. hoc mare magnū z spaciosuz manib⁹ illic reptilia quorum nō est numer⁹. ¶ Per volatile vero quod ex aqua producit z super terram volādo eleuatur intelligitur homo cōtēplatiuus ex aqua sapiētie nutritus et super terrena mēte eleuatus. Et notādum q̄ viro cōtēplatiuonecessaria est quadruplex dispositio cordis. ¶ Prima est vt habeat cor mundum. s. a peccatis saltem mortalibus in hoc assimilatur caladrio. Caladrius enī (vt dicit aristo.) est auis albi coloris nihil nigredinis habens: et differt a chalque est auis carior. Natura autē caladrii est q̄ quā quis graui infirmitate detent⁹ fuerit si egritudo ad mortem fuerit caladrius faciem suam ab eo auertit z tunc homo morte certus existit. Si autē infirmus curand⁹ sit: visum in ipsum figit et quasi applaudens in ipsum intēdit. ¶ Est ergo velut caladri⁹ homo cōtēplatiuus qui b̄z esse in pena totaliter albus. i. in conscientia totaliter mundus infirmitas autem mortis est temptatio peccati mortalis.

a qua caladrinus faciē. i. contempla-  
 tiuus mētē totaliter auertit: qz ad de-  
 lectationes libidinosas nullatenus  
 aspicit. ¶ Sed quia infirmitas curabi-  
 lis peccati venialis quā homo cōtē-  
 platiuus ex toto vitare non potest: li-  
 benter et frequēter eam in se inuenit  
 aspicit vt expellat et mundet. ¶ Secū-  
 da dispositio est vt habeat animum q̄  
 erum. i. a mundi auersis tamq̄ scilicet  
 amaris procellis. Et in hoc assimila-  
 tur halcyoni. Halcyon em̄ (vt ambro-  
 sius dicit) auis marina est que in me-  
 dio hyemis quando. i. mare ventozū  
 ac fluctuum tempestatib⁹ seuit. oua  
 sua in littoze maris et in arena facit  
 Et ibidem: versus mare respiciēs per  
 septem dies eis incubās persistit post  
 quos nascuntur pulli quibus natis  
 ad eos nutriendos alios septem di-  
 es adiungit. Et per omnes hos. xiiij  
 dies tranquillum mare permanet et  
 serenum. Unde et de industria naute  
 hos. xiiij. dies serenitatis ad nauigā-  
 dum obseruant: et eos halcyonidas  
 vocant vt dicit ambrosius. In quo si-  
 gnificat q̄ si mens hominis virtuosi  
 et puri contemplationis et amoris  
 oculos figat in eterno et in commuta-  
 bili bono. i. in deo orando scilicet et cō-  
 templando mare siue cordis fluctuā-  
 tis siue mundi seuiētis tranquillum  
 protinus atq̄ placatum habebit. Job  
 viij. Tu quoq̄ si diluculo surrexeris  
 ac deum et omnipotentem deprecā-  
 tus fueris statim quoq̄ euigilabit a-  
 te et pacatum reddet habitaculū iu-  
 stitie tue. ¶ Docet etiā nos hec auis  
 vt ppter psecutiōes vel tētatiōes in-  
 surgētes neq̄ loca timeam⁹ aggredi  
 neq̄ etiā ad pfectū ea timeam⁹. Non  
 ei auis hec qz mare pcellosū videat  
 aut oua ponere i littoze refugit: at̄ in  
 añ pulloz ortū et nutritionē opportunā  
 recedit. ¶ Tertia dispositio est vt ha-  
 beat cor eleuatum. i. ab affectib⁹ ter-  
 renis. Et sic assimilatur ardee. Est  
 enim ardea auis aquatica: quā qui-  
 dam tātallum vocant. Et qdā ardee  
 habēt colorē albū qdam vero cineri-

ciūm. Vocatur autē hec auis ardea  
 quasi ardua propter altos volatus:  
 formidat hymbres et volare dicitur  
 super nubes vt. i. procellas hymbziū  
 sentire non possit. Cum autē vola-  
 uerit significat tempestatem. Simili-  
 ter viri contemplatiui et perfecti (ne  
 instigante dyabolo pcellis psecutio  
 nū inuoluant) intētionē suā supra om-  
 nia t̄palia collocāt: et in serenitate ce-  
 lestis p̄rie vbi facies dei cōspiciēt mē-  
 tes leuāt. Isa. ¶ Extollāte iuper a-  
 titudinem nubium: et cibabo te here-  
 ditate iacob. ¶ Quarta dispositio est  
 vt sit cor ad deum directum. ¶ Et in  
 hoc assimilat̄ aqle: q̄ filios i nido pro-  
 bare volens mane in ortū solis ad so-  
 lem capita coruz dirigit et quē solē in  
 cōniuentib⁹ oculis respicere cernit tan-  
 q̄ filiū retinet et nutrit. Quē autē la-  
 crimātē et cōspectum solis non posse  
 pati videt: de nido euicit tanq̄ nō suū  
 Sic vir cōtēplatiu⁹ intētionē et affe-  
 ctionē et cogitatiōes cordis ad deū  
 dirigit et tales i se fouet et nutrit: aīs  
 autē tāq̄ sinistras et a se alienas vitat  
 et abijcit. Sicut iḡ aqle diligit solis  
 cōtēplationē: sic aīa viri cōtēplatiui  
 desiderat et appetit clarā dei visionē:  
 in qua sol in sua rota. i. deus in sua ef-  
 sentia videbitur: et in gloria vita erit  
 eterna. Ad quam nos. rē.

¶ Sermo quartus de decimus  
 de opere septe diei.



¶ Trit⁹ deus producat ter-  
 ra animā viuētē in gene-  
 re suo iumenta et reptilia  
 et bestias terre iuxta spem  
 suam. Factūq̄ est i. a. Et fecit deus  
 bestias terre iuxta species suas et iu-  
 menta omne reptile in genere suo. Et  
 vidit deus q̄ esset bonum et ait: facia-  
 mus hominem ad imaginem et simi-  
 litudinem nostram et p̄stitit piscibus  
 maris: et volatilibus celi: et bestijs  
 vniuerse terre: et omni reptili quod  
 mouetur in terra. Et creauit deus ho-  
 minem ad imaginem et similitudinē  
 suam. Ad imaginem dei creauit illū  
 masculum et feminam creauit eos:  
 f. i.

## Sermo xliii.

benedixitq; deus illis et ait. Crescite et multiplicamini et replete terram. Et subiicit eam et dominamini piscibus maris et volatilibus celi et vniuersis animantibus terre que mouentur super terram. ¶ Dixitq; deus ecce dedi vobis omnem herbam afferentem super terram: et vniuersa ligna que habent in semetipsis semetē generis sui: vt sint vobis in escam et cunctis animantibus terre: omniq; volucris et vniuersis que mouentur in terra in quibus est aia viuens vt hēant ad vescendū. Et factum est ita. Viditq; deus cuncta que fecerat. Et erant valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus. ¶ Postq; ostensum est quō ea que pertinebāt ad aduentum filij dei in mundum id est ad eius incarnationem allegorice prefigurata sunt in operibus quinq; dierum. Nūc ostendendum quomodo expressius preostensa sunt in opere sexte diei que sextam etatem figurat in qua dominus noster venit. ¶ Nam prima etas computatur ab adam vsq; ad noe. ¶ Secūda a noe vsq; ad abraā. ¶ Tertia ab abraam vsq; ad moysen. ¶ Quarta a moysen vsq; ad dauid. ¶ Quinta a dauid vsq; ad tempus plenitudinis in quo christus venit. ¶ Sexta etas inchoata est in qua perfectus et nouus homo secundum deum creatus est. s. xp̄us. ¶ Sed primo quo ad litteralem sensū ponūtur tria. ¶ Primo premititur brutorū animalū et hominū pductio cum dicitur producat terra. ¶ Secundo subditorum pductorū approbatio ibi. Et vidit deus cuncta que fecerat. etc. ¶ Tertio t̄pis determinatio Et factum est vespere et mane etc. ¶ Quantum ad primū ponuntur duo ¶ Quia primo agitur de pductione brutorū. ¶ Secūdo de pductione hoīs ibi faciamus hoīem etc. ¶ Circa pductionem autem irrationaliū animalū describit moyses quadruplicem causam. ¶ Primo materialem. s. terram qz dicit deus producat terra. ¶ Secūdo formale cū subditur aiam viuentem.

Nam aia corpus viuificans p̄s formalis est in quolibet aiali s̄m aristo. ¶ Tertio specificat causā efficiētem qz fecit deus. etc. ¶ Quarto concludit causā finale qz vidit qz eēt bonū. bonū em̄ rationem habet finis respectu appetitus. ¶ Circa primū notandum qz terra est infimū elemētum ex qua p̄cipue animalia pducta esse dicuntur virtute x̄bi dei. Nūc dicit deus producat terra: loco igitur virtutis actiue in animalium productione fuit x̄bū dei: sc̄dm qd̄ ex terra. i. ex materia elemētari animalia produxit: q̄q; animalium corpora ex quattuor cōstant elemētis: illud t̄n̄ solum elemētum h̄c cōmemoratur qd̄ ex ipsis aialibus adornatur scilicet terra. Nam sicut in quinta die ornatum est corpus medium: et respōdet sc̄be diei. Ita hac sexta die ornatū est corpus vltimum scilicet terra et respondet tertie diei. Unde vtrobiq; fit mentio de terra: vult tamen augustinus qz hac die sit tantum data virtus pducēdi. i. vt ip̄a aialia fresria potentialiter producerentur. Sed secūndum alios sanctos hac sexta die producta sunt actiue. ¶ Secundo tangitur causa formalis cum dicit aiam viuētem. Sed cū deus pduxerit aialia fresria nec sint ip̄a aia viuēs incōueniēter videtur dictū producat terra aiam viuētem: sed potius debuit dici producat terra quadrupedia anime viuētis. ¶ Sed ad hoc dicendum qz (sicut basilius dicit) diuersus gradus vite qui in diuersis viuētibus inuenitur ex modo loquendi scripture colligi potest. Plante igitur h̄nt imperfectissimā vitam. Unde in productione plantarū nulla fit mētio de vita: sed solum de generatiōe siue de germinatione: qz s̄m hanc solum inuenitur actus vite in eis. Nutritiua enim et augmentatiua generatiue deseruiunt. Item animalia cōmuniter loquendo terrestria animalia perfectiora sunt auib; et piscib;. Nō qz pisces minus careant: vt basilius dicit qd̄ augustinus probat: s; p̄ distinctionem membrorū

et perfectionem generationis. Quoniam autem ad aliquas sagacitates etiam aliqua animalia imperfecta magis vigent ut apes et formice: et ideo pisces scriptura vocat non animam viventem: sed reptile anime viventis: sed terrena animalia vocat animas viventem propter perfectionem vite in eis: ac si pisces sint corpora habentia aliquid anime. Terrestria vero propter perfectionem vite sint quasi anime dominantes corporibus: perfectissimus autem gradus vite est in homine: et ideo vitam hominis non dicitur produci ad aquam vel terra sicut ceterorum animalium sed a deo. Sed additur in genere suo: ut per hoc designaretur generatio filium ex similibus: quod in ipsis animalibus esse debebat. Et non solum in productione animalium: sed etiam plantarum facta est mentio de genere et specie: quod in viris talis generatio reperitur. Deinde specificatur tria genera animalium terrestrium que deus produci iussit. scilicet. Inimicum reptilia: et bestias terre. Et per inimicum quidem intelliguntur animalia domestica que homini seruiunt qualiacumque siue ad usum siue ad esum. Nam quedam ex eis sunt ad laborandum ut equi: boues: et asini et huiusmodi. Quedam vero ad lanificandum ut oves et similia. Et quedam ad vescendum ut hedi: porci et huiusmodi. Per reptilia vero intelliguntur animalia que vel pedes non habent quibus eleuantur a terra ut serpentes: vel habent pedes breues quibus parum eleuantur ut lactrate et tartuce et huiusmodi. Per bestias autem intelliguntur animalia seua ut vrsi et leones et huiusmodi. Et ideo dicuntur bestie quasi vastie a vastando. Sed quia ista tria genera animalium distinguntur in diuersas species ideo subditur iuxta species suas. Manifestum est enim quod iumentorum. id est animalium domesticorum plures sunt species: quorum quedam seruiunt homini ad ministerium sicut sunt equi: muli: asini: cameli: dromedarii: et canes propter rerum custodiam et cati et huiusmodi. Quedam vero ad nutriendum ut arietes:

agni: hirci: hedi: porci: et huiusmodi. Quedam vero ad iolatum ut catuli. scilicet. simie et huiusmodi. Reptilium vero tria sunt genera seu species. scilicet. trahentia. id est. vermes qui ore se trahunt. serpentina ut colubri qui in costis se rapiunt et reptilia pedibus suis ut lacerte: huiusmodi. Bestiarum etiam id est seuorum animalium plurime sunt species. quorum quedam armata sunt unguibus ut leones: quedam cornibus ut unicornes: quedam dentibus ut apri et lupi et huiusmodi: quedam brachijs fortissimis ut vrsi et sic de alijs feris: quarum scuitas et ferocitas etiam in eorum corporibus in aliqua parte apparet: ut in leopardi: tigrides: panthere: yene: meticere et alie quod plurime que in diuersis partibus mundi habentur.

Tertio ponitur causa efficiens. prima scilicet deus: quia fecit deus bestias terre iuxta species suas. et cetera. Sed quia inde est quod per bestias intelliguntur animalia seua que frequenter hominibus nocent. Queritur an creata sint a deo nocua vel ante peccatum facta sint mitia et post peccatum facta sint homini nocua. Ad quod (sicut magister dicit in historia) dicitur communiter quod post peccatum facta sunt nocua tribus de causis. scilicet. propter hominis punitionem: corruptionem: et instructionem. Punietur enim homo cum leditur his vel saltem cum timet ledi: quod timor maxima pena est. Unde ecclesiasticus xxxix. Omnia hec ad vindictam creata sunt bestiarum: dentes et scorpius. Et si dicatur quod vindicta non debet precedere offensam: et homo non dum offenderat: quoniam hec fuerunt creata: ergo non debuerunt creari ad vindictam. Dicendum quod hoc potest intelligi quantum ad pre-scientiam dei: quia presciebat deus quando creauit hominem esse casurum: et hec que creabat ad vindictam peccati esse conuertenda in nocuum hominis. Vel potest dici quod omnia hec creata ad hominis obsequium ad vindictam sunt conuersa post hominis peccatum. Secundo ad correctionem: quod corrigat homo his cum scit ista

## Sermo .xliii.

accidisse propter peccatū. ¶ Item ter-  
tio ad instructionem qz dñi videt imi-  
nora z ignobiliora se sibi posse nocere  
habet documētū z materiā humili-  
tatis z timoris dei: cui? .s. virtute sã  
eti viri obturauerūt ora leonū. ¶ Se-  
quit iumēta s̄m aliam trãslationē ad  
diē z quadrupedia. Sunt enim q̄dam  
animalia que sub nullo dictorū generū  
comphendūtur vt sūt cerui capre et  
h̄mōi. vñ vt etiã ista cōphēderentur  
additur quadrupedia. Sed vel qua-  
drupedia p̄misit tanq̄ gen? z alia hu-  
iusmodi tanq̄ speciem. .s. iumenta et  
omne reptile in genere suo. Sunt enī  
etiam quedam reptilia quadrupedia  
vt lacerte et tortuce. ¶ Sed cum sint  
quedam animalia que ex putrefactio-  
ne generantur et putrefactio sit que-  
dam corruptio et corruptio nō videa-  
tur competere prime rerū institutio-  
ni queritur an talia animalia fuerit  
tunc a deo producta. ¶ Ad quod re-  
pondent quidam q̄ animalium que  
non generantur ex coitu siue ex simili-  
bus sunt sex genera. Nam quedaz ge-  
nerantur ex alationibus vt bibones  
ex vino vt papilioes ex aqua. ¶ Que-  
dam ex corruptione humorum vt ver-  
mes. ¶ Quedam ex cadaueribus vt  
apes ex iumentis scarabi et scara bo-  
nes. .s. musce grandes que sonant vo-  
latu ex equis. ¶ Quedam ex corrup-  
tione lignorū vt teredones. ¶ Que-  
dam ex corruptione herbarum vt ti-  
nee ex oleribus. ¶ Quedam ex corrup-  
tione fructuum vt gurgulioes ex fa-  
bis. De his ergo dicunt q̄ ea que ge-  
nerantur sine corruptioe sunt ea que  
ex alationibus tūc facta sunt que ve-  
ro ex corruptionibus post peccatum  
hominis inceperunt sicut dicit magi-  
ster in hystoria. ¶ Sed meli? dici po-  
test. .s. q̄ generatio vnus sit corruptio  
alterius quia ex corruptione ignobi-  
liorum generantur nobiliora non re-  
pugnant prime rerū institutioni. vñ  
de animalia que generantur ex corrup-  
tione rerū inanimatarum vel plā-  
tarū potuerunt tunc generari. ¶ Nō

autem que generantur ex corruptioe  
animalium tunc potuerunt produci  
nisi potentialiter tantum. ¶ Quarto  
tangitur causa finalis cum dicitur.  
Et vidit deus q̄ esset bonuz zc. ¶ Po-  
tuit enim dici bonum hoc q̄ factum  
erat non tantum q̄ erat a bonitate di-  
uina deriuatum et exemplatum. Sed  
etiam ad diuinam bonitatem osten-  
dendam erat finaliter ordinatum: q̄  
s. diuina bonitas facta est fons omni-  
um creaturarum. Sed cum inter ani-  
malia sint quedam venenosa z noxia  
vt sunt serpentes et scorpiones z mul-  
ta reptilia. Videtur q̄ talia non pos-  
sint dici bona z sic non videtur omne  
animal a deo factum fuisse bonum.  
¶ Ad qd̄ dicendum est q̄ (sicut dicit au-  
gustinus in primo super gen. contra  
manicheos) si in alicuius opificis of-  
ficinam imperitus intrauerit: videt  
ibi multa instrumenta quorum cau-  
sos ignorat. Et si multum est insipi-  
ens superflua putat. Jam vero si in  
fornacem incautus ceciderit: aut fer-  
ramento aliquo acuto se vulneraue-  
rit: noxia existimat sibi eē multa quo-  
rum vsum qui nouit artifex insipien-  
tiam eius irridet. ¶ Sic in hoc mun-  
do quidam audent multa reprehē-  
dere quorum causas non vident mul-  
ta enim et si domui nostre non sunt ne-  
cessaria eis tamē completur vniuer-  
sitis integritas. Homo autem an-  
te peccatum ordinate fuisset vsum re-  
bus mundi. Unde animalia veneno-  
sa ei noxia non fuissent. ¶ Allegorice  
autem per terram intelligitur virgo  
maria. Nam terra (s̄m basilium) est  
corpus infimum orbis medium celi  
centrum omnium viuentiu recepta-  
culum pedum dei scabellum et ma-  
germinum. ¶ Sicut igitur terra est  
s̄ma in ordine elementorum sic vir-  
go maria per sui reputationem humi-  
lem fuit infima omnium sanctorum.  
Unde se appellauit infimo nomine fe-  
minarum. .s. ancillam Luce p̄mo. Ec-  
ce ancilla dñi zc. prouerb. rrv. terra  
deorsum. Item sicut terra est i medio

Orbis sic virgo est mediatrix per re-  
 co. iciliationem nostrā cum deo psal.  
 operatus est salutem in medio terre.  
 Item sicut terra est centrum celi per  
 fixationem et stabilitatem habens: sic  
 virgo beata ex domo dei stabilitate  
 fixationem habuit in fide et gratia psal.  
 firmavit orbem terre qui nō comoue-  
 bit. Item sicut terra est omnium viventium  
 siue plantarum siue animalium loc⁹  
 et receptaculum sic beata virgo om-  
 nes recipit ad se confugiētes immo  
 ipsa inuitat dicens ecci. xliii. Tran-  
 se ad me omnes qui concupiscitis me  
 et ipsam cunctis hominibus dedit  
 refugium deus psal. Terram autem  
 dedit filiis hominum. Ipsa quoque ad  
 modum terre dei scabellum fuit: dux  
 dei filium recepit. Nam pedes dei (quibus  
 mediantibus in eius utero fuit)  
 fuerunt caro et anima christi. vii isa.  
 lvi. Terra scabellum pedum meorum  
 Ipsa etiam ad modum terre illius ger-  
 minis mater fuit: ex quo salutis me-  
 dicina processit. Isa. xlv. Aperiat  
 terra et germinet saluatorem. Ista er-  
 go est terra cui dictum est producat  
 terra animam viventem. i. christum  
 animatum et viuum. Nam Jo. primo  
 dictum est. verbum caro factum est.  
 Dixerunt quidam heretici verbum  
 dei solam carnem in materia sumpsit  
 se: sed animam non habere: quia ver-  
 bum loco anime ibi est. Sed contra  
 hoc est quia terra animam viventem  
 i. beata virgo filium suum christum  
 peperit animatum: anima viuifica-  
 te corpus eius: de qua anima etiam ip-  
 se dicit Math. xvi. tristis est anima  
 mea. Et ideo potestatem habeo po-  
 nendi animam meam et iterum sumē  
 di eam. Vel sicut isidorus dicit: terra  
 est ecclesia questi. sexta die. i. in sexta  
 etate producere incipit animam vi-  
 uentem. i. animam vitam eterna de-  
 siderantem. ante enim. s. die quinta p-  
 ducta erant reptilia anime viventis  
 que. s. reptilia corporea erant: Et ideo  
 quinta dies significat statum in quo  
 iudaicus populus corporalibus sacrificiis et

corporis circumcisiōi seruebat. ¶ Per  
 iumenta vero et bestias et reptilia in-  
 telliguntur gentiles qui in christum  
 erant credituri: et fidelibus ecclesie  
 aggregandi de quibus Petro dictum  
 est macra et manduca: et cum ille di-  
 ceret se non comedere immunda au-  
 diuit quod deus mundauit tu ne comē-  
 dixeris. Et in hac. vi. die. i. vi. etate cre-  
 atus est homo nouus christus. ¶ Ad-  
 oraliter autem hec sexta dies designat  
 virtutem fortitudinis in qua terra. i.  
 homo stabilis et constans producit  
 animam viventem. s. quia ducit vitam  
 secundum rationalem et virtuosam  
 prout glosa dicit: sed in quibus forti-  
 bus sit talis vita specificatur cui sub-  
 ditur iumenta et reptilia et bestias  
 terre. Si quidem in iumentis intelli-  
 gitur fortitudo laborantium: in reptili-  
 bus fortitudo patientium: in bestiis  
 fortitudo bellantium. ¶ Habent enim  
 iumenta fortitudinem in olerantia  
 laborum: sicut asini cameli et muli et  
 huiusmodi qui pro domino suo ma-  
 gna onera portant: longa itinera am-  
 bulant: et propter flagella a domino  
 suo non se elongant. tales sunt qui pa-  
 tienter portant pro amore christi ma-  
 gna onera laborum et longa itinera  
 faciunt propter salutem suam et pro-  
 ximorum: sicut dicebat apostolus. in  
 itineribus sepe: et non separantur a  
 caritate propter flagella tribulatio-  
 num vel persecutionum: de talibus  
 iumentis dei erat dauid dicens in psal.  
 ut iumentum factus sum apud te et  
 ego semper tecum. ¶ Precipue tamen  
 onera per obedientiam imposita de-  
 bet homo humiliter suscipere et pa-  
 tienter portare exemplo cameli. Nam  
 cameli (vt dicit Isidorus) nomen a  
 greco vocabulo sunt sortiti: eo quod quā-  
 do onerantur se inclinantes coram ho-  
 minibus humiliantur: et semper sup-  
 genua incuruantur. Came enim gre-  
 ce humile vel breue dicitur latine.  
 ¶ Sunt enim animalia ad onera apta  
 et ad portandum mansucta. Sic ergo  
 homo debet omnis obedientie a supe-

## Sermo xliii.

riozī iniunctum vel penitentie imposito humiliter suscipere: et mansuete et patienter illud ferre. Unde etiam de malis prelatiſ ſz ſubditis. **Matth. xliij.** Quęcunq; dixerint vobis ſeruate et facite: tales ergo qui ſic faciunt tanq̄ homines rationabiles rationabiliter viuunt: et tanq̄ cameli patienter obeiunt. Indubitanter ad finem ſalutis pertingent: ſecunduz illud homines z iumenta ſaluabis dñe. ¶ **Secundo** in reptilibus ſignificatur fortitudo patientium. Nam et ipſe chriſtus patienter aſſimilauit ſe reptili. i. ſerpenti dicens **Jo.** ¶ Sicut moyses exaltauit ſerpentem in deſerto: ſic exaltari oportet filium hominis. Ipſe quoq; propter patiendi humilitatem aſſimilauit ſe reptili. i. vermi dicens in **psal.** Ego autem ſum vermis z nō homo opprobrium hominum zc. Reptilia quoq; i. ſerpentes pro capite ſeruando totum corpus flagellis et ictibus opponunt: et ita reptilia xpi i. ſancti martires pro capite ſuo chriſto: corpora ſua omni ſupplicio expoſuerunt. Non tantum autem patientia hominum ſed etiam patientia chriſti representatur in aliquo reptili. ſ. in teredine qui eſt vermis ligni qui propterea ſecundum iſidoruz a terendo vocatur: quia terendo lignum rodit. **Hic** ergo licet mollis inueniatur dū tangitur: cōminuit tamen duriffima ligna et in ſubtiliorē puluerem redigit: q̄ poſſet facere lima. Sic quoq; diuina patientia quīs diu peccatorem hominem molliter et leuiter ferat: ipſum tamen finaliter conterit z ſeueriſſimo ſupplicio muctat. **vij. ro.** ¶ **Secundum** duriciam tuam z impetens cor tuum theſaurizas tibi irā in die ire. Sicut ergo vermiculus ligni eſt dum tangitur leuiſſimus: ſed dum tangit ſeu rodit duriffimus: ſic deus leuis eſt in ſuſtinendo: et durus in puniendo. **ij. ro. xliij.** ipſe quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Verum quia patientiam in tolerandis pro deo ſupplicijs homines ſine gratia

dei habere non poſſunt: dicitur geſi. primo producat aqua ſcilicet gratie reptile zc. id eſt hominem pro chriſto patientem. ¶ **Tertio** quoq; in beſtijs i. in animalibus ſeu ſignificatur fortitudo bellantium: ſue contra tentationes viciorum: ſue contra perſecutiones hoſtium. Notanduz eſt autem q̄ ſancti viri et amici dei ſunt fortes quadrupliciter. **Primo** ad modum elephantorum. ¶ **Elephantes** enim domiti optimi ſūt in bellis. **Nā** acies proſternunt armatos ferunt: nec armatorum acies expaueſcunt: nec ſuorum rumores fugiūt. Item ſuper eos turribus ligneis constructis de eis tanq̄ de muro tela ignea iaculantur. Sed mirabilis res quia q̄q; ſint tales: tamen murem timent. Sic etiam fortes et ſpirituales viri quīs maxima tentationum bella vincant: z magnarum virtutum arma ferant: nec tribulationes et perſecutiones expaueſcant: nec linguas infantium ſeu detrahentium fugiant: tamen aliquādo minimus defectus vel moleſtia relinquitur in eis: que ſemper eos in timore et cruciatu tenet. Sic paul⁹ ad tertium celum raptus: et omnium tribulationum pericula expertus: z omnib⁹ gratijs ac virtutibus plenus: tamen ſtimulo carnis premitur: et timens et orans vt amoueri debeat minime exauditur. ¶ **Secdo** ſūt fortes et ſecuri ad modum leonum. Apparet autem ſecuritas et audacia leonis in tribus. ¶ **Primo** quia cum venatores eum inſequuntur non latitat: nec ſe occultat cum videri ſe putat: ſed in medium campum vadens ad pugnam ſe preparat: et ſe abſcondere vel fugere quaſi verecundiam reputat. ¶ **Similiter** fortes et virtuoſi viri tribulationes et perſecutiones (cum oportu- num eſt) non refugiunt: immo quandoq; perſecutores incitādo vel expectando preueniunt: et perſecutiones cum veniunt cum gaudio ſuſcipiunt. Unde **act. v.** dicitur q̄ ibant apoſtoli gaudentes z conſpectu conſilij: quo-

niam digni habiti sunt pro nomine  
hiesu contumeliam pati. ¶ Secundo  
ostenditur securitas leonis secundus  
isidorum: quia venatores intuetur  
vt ipsis visis min⁹ terreatur: sed am-  
plius animetur. econtra autem est in  
animalibus pauidis: vt sunt ceruus  
z lepus: quia quatinus plus aspicerent  
venatores vel persecutores: tanto pl⁹  
ex pauescerent. An̄ puer. xxx. leo for-  
tissimus bestiarum ad nullius paue-  
bit occursum. ¶ Sic fortes z perfecti  
viri iter suos persecutores positi: dū  
eos seuire vident intuentur: z cōside-  
rant q̄ sit p̄s z ira breuis et transi-  
toria: et quomodo eorum perfidia sit  
eternum supplicium receptura: z quo-  
modo ab illis fabricatur sibi sempit-  
erna corona. ¶ Et dum ista cōside-  
rant magis in eis crescit virtus z pa-  
tientia. Simile quoq; faciunt de tri-  
bulationibus et infirmitatibus: con-  
siderando q̄ breues sunt et inutiles:  
ideo ex eis efficiū̄ fortiores. Aposto-  
lus. ij. cor. xij. Cum infirmor tunc for-  
tior sum. ¶ Tertium ostēsiuum securi-  
tatis leonis est: quia cum insequitur  
saltu vitur: sed cum fugit non vitur  
sed potius lento passu graditur. Sic  
virtuosi et fortes spiritualia bona in-  
sequuntur saltibus amoris et feruo-  
ris phil. ij. sequor aut si quō p̄phēdā  
Can. ij. Ecce iste venit saliens in mō-  
tibus. sed in persecutione z pena non  
saltando. per impatientiam vel impe-  
tum furoris incedunt: sed cum suau-  
te patientie et mansuetudinis transe-  
